
meditationes

[illegible]



¶ Incipit prohemiũ in Meditationi
bus passionis dñi nr̃i iesu xp̃i/ubi miles
deuotus hortatur ad ipsius dñi iesu amo
rem: ⁊ ipsius bñficia ꝯtinue recolenda:
præcipueq; ad meditandã ipsius sacra
tissimam passionem.



FIdeli cuiq; animæ in uia dei & uirtutibus
cupiẽti ꝓficere: atq; ad supernam patriam
anhelanti: quantum charitatis uirtus atq;
xp̃i dilectio necessaria sit: & ipsius Saluatoris
nostri sermonibus cõstat: & cũctis sacris edoce
mur eloquiis. In hac siquidẽ sũma oĩum uirtu
tum charitate: finem omnis præcepti constitu-
tum esse: lumen præfulgidum illud omnium
ecclesiarum Paulus affirmat dicens. Finis om-
nis præcepti est charitas de corde puro. consci-
entia bona. & fide non ficta. In ea quoque le-
gis plenitudinem sitam esse asserit cum inquit.
Plenitudo legis est dilectio. Absq̃ hac supre
ma uirtutum omnium dilectione: neminem
mereri posse: neminem in bonum proficere:
nullum ad uirtutum apicem prouehi: nec ad
gloriam peruenire posse perspicuum est. Vn-
de non immerito Paulus sic ipsam extulit: cæ
teris eam sublimiorem fore protestans: cum

pluribus & innumerabilibus supnæ gratiæ nu-
meratis donis: ad supexcellentioré tandé nos
charitatis trāsmisit obuiā. Cūq alio loco fru-
ctus spiritus uellet enumerare in ipsis fructib9
primatū eam: tenere descripsit dicens. Fructus
auté spiritus: charitas &c. Quæ etenim alia in
fructibus spiritus principatum debuit tenere q̄
ipsa charitas: sine qua cæteræ uirtutes: uirtutes
minime reputant. Huius siquidem charitatis
qui possessor est: ille locupletior fore probat.
Hæc est illa charitas de qua scriptū est. Si dede
rit homo omnē substantiā pro dilectione qua
si nihil despiciet eam. At quia licet charitas in
duobus uideat distincta præceptis. In dei. s. &
proximi dilectione: unica tñ est charitas: quæ
in solum dirigit deum: cum & in ipso & pro-
pter ipsum diligi ,pximus debeat. Est itaq cha
ritas ista qua deus diligi præcipit toto corde:
tota aïa totaq uirtute. Hæc est excelsa dilectio
de qua redēptor noster dulcissimus iesus xp̄us
in ultima sua cena: tam suaues tamq salubres
sermones discipulis suis fecit. Sup oïa itaq li-
quet hunc iesum benignissimū diligendum.
Huius amore flagrans uas electionis Paulus
oés qui hunc iesum amare refugerent execra-
batur dicens. Qui non amat dominum iesum
anathema sit. Verum cum ad amorem suum

multa nos excitent:& q̄plurima ipsum nobis diligendum fore suadeant:uehementer nos incitant:ipsius redēptionis & humiliationis mirifica opera. Hæc quidem ut eum amemus perurgent:si quanta pro nobis fecerit crebra & cōtinua meditatione pensemus. Quæ bene apostolus ad mētem reducit dicens. Scitis fratres per gratiam dn̄i nostri iesu christi:quoniā propter nos egenus factus est:cum esset diues. Exinaniuit quoq; semetipsum formam serui accipiens. Quis digne ualeat ac sufficienter pensare quanta fuerit exinanitio illa? Sane non fuit pusilla:non simplex:non modica. Nam usque ad carcerem:usq; ad mortem: nec ad mortem solū qualēcūq;:sed turpissimā & horribilē crucis mortē. O q̄ta fuit humilitas tua bone iesu q̄ta māsuetudo: q̄ta dignatio: ut fieres de sūmo minimus:de domino seruus:de diuite pauper:de uerbo caro:de filio dei: filius hominis. Insuper quis non stupeat quāta sustinuerit humilis iste iesus per annos. xxxiii. quibus operatus est salutem in medio terræ:homo cum hominibus conuersatus est. Quot necessitates: quot incōmoda pertulit:dum esset īfantulus. quot labores in prædicando sustinuit. quot fatigationes in discurrendo. quātum attritus in uigiliis:in orando. quot passus tentationes &

in ieiunando: quot insidias in colloquendo: quot contradictiones in prædicando. Habuit in factis obseruatores: in tormentis illusores: & in morte exprobratores. Quam magna multitudo charitatis tuæ domine. Quis obliuiscetur miserationes istas? Tibi domine iesu in omnibus hiis gratias agere debemus. Hæc enim tam grandia tanque sublimia beneficia mentibus nostris continue infixa permaneant. Memores simus tot beneficiorum eius: & mirabilium eius quæ ostendit nobis. Verum cum hiis omnibus incitemur immo ex debito ipsum diligere compellamur: præcipuum tamē redemptionis beneficium nos urget. Istud beneficium præceteris tam largum: nequaquam a memoria debet excidere. De se inquit Bernardus: super omnia inq̄ reddit amabilem te mihi bone iesu calix quem bibisti opus nostræ redemptionis. Hoc omnino amorem nostrū facile uendicat totum sibi. Hoc inq̄ est quod nostram deuotionem & blandius allicit: & iustius exigit: & artius stringit & afficit uehementius. Hæc Bernardus. Huius igitur tantæ munificentiæ adsit iugis frequensque memoria. In hoc tot⁹ īstet: totus uersetur: totus occupetur: quicunq; in iesu christi amorem optat proficere. Hæc est uia regia per quam solam paruus

est incessus cupienti ad diuinitatis peruenire co
gnitionem. Ista neglecta quanto quis ascende
rit tanto profundius cadit. Hæc est uia per quã
itur ad deum. Hæc est uia per quam ad desi-
deratum finem patet introitus. per fructiferam
namque & uenerabilem christi passionem cun
ctorum nobis spiritualium bonorum copio-
sissime ministratur materia. ibi est gloriatio
nostra. ibi spes & læticia cordis nostri. Equi-
dem bene id nouerat paulus cum diceret: mi
hi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ie
su christi per quem mihi mundus crucifixus
est & ego mundo. Huius passionis non mo-
dico feruebat affectu idẽ paulus cum diceret:
ego nihil me scire inter uos reputaui nisi so-
lum iesum & hunc crucifixum. Quicunque
igitur æternam salutem & premiorum magni
tudinem habere desiderat quicunque uirtu-
tum arcem optat conscendere: scientiam atq;
sapientiam obtinere. inter prospera & aduer-
sa æquanimiter stare: & securam uiam incede
re: in christi cruce speculetur: eiusque passio-
nis potum suauissimum degustet. Huius
passionis mirabilium effectuum minime erat
ignarus deuotus ille Bernardus qui super can
tica sic aiebat: passio tua dñe iesu xp̃e ultimum

refugium singulare remedium: deficiente sapientia: iustitia non sufficiente: sanctitate subcubentibus meritis illa succurrit. Quis enim de sua sapiētia uel iustitia: uel sanctitate praesumat pro sufficientia ad salutem? Non quod sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Itaque cum defecerit uirtus mea non conturbor: nō diffido: scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam & nomen dñi inuocabo. Haec Bernardus. Alio quoque in loco sic ait. Quid enim tā efficax ad curanda conscientiae uulnera: necnō ad purgādam mētis aciem: q̄ christi uulnerū sedula meditatio? Huc igitur ueniat: huc festinet quicūque Iesu christi deuotus fieri miles optat. nihil cupiat. nihil sapiat: nisi Iesum crucifixum. uultū erigat. oculos substollat in praeciosa uulnera saluatoris: & timidus ac dimissus animus erigetur eius exēplo reddet ad tollerandum fortior nec sua sentiet dum illius intuet uulnera. Vnde deuotus ille Bernardus totus in haec uulnera transformatus aiebat: ubi tuta firmaque infirmis requies nisi in uulneribus saluatoris? Tanto illic securior habito: quāto ille potētior ad sanandum est: fremit mundus. premit corpus. diabolus insidiatur. non cado. fundatus enim sum supra firmam petram. Peccaui peccatum

grande:turbabitur conscientia sed non pertur babitur:quoniam uulnerum domini recordabor. Igitur dum mecum considerarem quanta ex eius passionis sedula crebraq; memoria:bona prouenianti:ut hæc uia sit facilior qua ad dilecti Iesu amorem inflāmer: cogitaui hūc tam præciosum thesaurum in cordis archano reponere ut nemo tollat eum a me : sed cōtinuo in cordis mei uisceribus cōmoretur. In hoc solo meditari proposui die ac nocte. In hoc uersari: in hoc cūctas diuitias meas constituere. Et ut inquit Bernardus ut hæc mea sit philosophia: scire Iesum & hunc crucifixum decreui studere pro uiribus. Vt hæc sacratissima domini mei passio mihi adsit frequenter in ore:in corde cōtinuo:in scriptis omnibns præcipua & affectata uia ut sic nil loqui. nil legere . nil cogitare. nil scribere sciam:nisi solum Iesum crucifixū: semper habeam recursum ad uulnera præciosa:ad foramina lata & spatiosa. Ingrediar in petram:abscondar in fossa humo a facie timoris domini:& a gloria maiestatis eius : ut per suauissima hæc foramina sugam mel de petra : & oleum de saxo durissimo:ut gustare ualeam & uidere q̄ suauis est dn̄s. Nam unde clarius suauitas apparere poterat q̄ ex uulneribus. maiorem enim charitatem nemo habet ut animam

suam ponat quis pro damnatis. In hoc igitur confidam: in hoc sperabo: quia hic plenitudo gratiæ: miserationum abundantia: plenitudo dulcedinis: uirtutũq; perfectio conclusa iacet. Ibo igitur ad illa preciosissima uulnera & ad prophetæ admonitionem relinquam ciuitates & habitabo in petra: eroq; quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Et quidẽ non alio in foramine nisi in foraminibus petre & in cauerna macerie hoc est in uulneribus iesu christi. Ibi igitur totus uersari: totus occupari curabo: ut crucem sacratissimam domini iesu continue mecum portem in corde: in corpore & in ore. In corde per continuã memoriam & compassionẽ ut cum apostolo dicã. Nihil scio nisi solum iesum crucifixũ: & eius parebo mãdatis: qui ait pone me ut signaculum sup cor tuum. In corpore quoq; aduersa quelibet pro eius amore ferẽdo ut dicere possim: nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata dñi iesu in corpore meo porto. insup & dicam xp̃o: confixus sum cruci. In ore etiam sit mihi semp hæc suauissima passio ut ei gratias cũctis horis exhibeam qui uulneratus est ppter iniquitates meas. Verũtamẽ o dñe iesu quia sine te nihil facere põt fragilitas mea. nõ enim qđ uolo bonũ hoc pficere ualeo: trahe me post te ut currã in

odorem unguẽtorum tuorum: in odorem inq̃ tuæ suauissimæ passionis: ut non passim & festinanter: non arenti corde: sed ardenti affectu & flebili compassione ipsam meditari ualeam die ac nocte. Considerans & deuote intuens flagella illusiões & obprobria. Iaceat & quiescat cõtinue mens mea in foraminibus tuis in uulneribus & clauis tuis qui foderũt manus tuas & pedes tuos: in corona spinea: in lancea cuius ferrũ ptransiuit animã tuã & appropinquauit cordi tuo ita ut cũctis momentis confixus sim cruci: nec mihi libeat gloriari nisi in cruce dñi mei iesu christi. Sicq; meditando resoluat cor meum: tota liquefiat anima mea: & tota cõuertatur in te dominũ meum iesum crucifixum. Nihilq; uideat: nihil sentiat intra se: nisi iesum crucifixum: illusum: exprobratũ & pro me passum. Tuo igitur fultus patrocinio & de tua miseratione confidens: cuius misericordiæ sunt multæ ab æterno usq; in æternum: aggrediar quod concupiscit anima mea. Hanc tuam meditando passionem sacratissimam: eam per partes singulas & actus particulares: prout præstabat tua abundantissima gratia diuidendo: & actus singulos solerter ruminando ad laudem & gloriam tuam: qui es benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Incipiũt deuotissime meditationes sup sacratissimã passionem dñi nr̃i iesu xp̃i. ¶ Prima meditatio de aduentu dñi iesu in hierusalẽ sup asinã: ⁊ eius introductione in ciuitatẽ cũ cãticis ⁊ laudibus: ⁊ reuersione eius in Bethaniã eadem die.



APpropinquãte termino quẽ ꝓuidentia diuina ab æterno præfixerat: in quo ad passionẽ & crucis horribilẽ mortẽ quã pro humani generis redẽptione uenerat suscepturus unigenitus eius filius ꝓpter hoc in uirginali utero icarnatus accederet: ipse benignissimus Iesus sicut p totũ uitæ suæ cursum in oĩbus eius actib⁹ sũmã demõstrauit humilitatẽ:

sic circa hunc suũ finẽ ad passionis suæ locum ueniẽs ab humilitate sũpsit exordiũ : cum sup humili sedẽs asello ad ciuitatẽ uenerit ubi crucis suppliciũ fuerat subiturus. Igit̃ cũ ante sex dies pasce piissimus Iesus cũ discipulis suis suã cenã fecisset ĩ Bethania castello Mariæ & Marthæ in domo Symonis leprosi qui eaꝝ Mariæ & Marthæ familiaris extiterat:ubi & Maria super ipsius caput Iesu unguẽti alabastrũ effudit mane sequẽti sũmo diluculo ipẽ mitissimus Iesus duos ex discipulis suis conuocans dixit.

Ite in castellũ qđ ꝯtra vos est ubi asinã ligatã repietis:⁊ pullũ ei⁹ hos soluẽtes mihi adducite. Qđ si uobis quispiã restiterit:dicite quia dñs ipsis opus habet: ⁊ confestim eos liberos dimittent.

Parẽt humiles & obediẽtes discipuli:& ab aĩaliũ dño ꝯcessa liberaliter licẽtia asinã & pullũ dilecto magistro ꝑsentãt.Iesus aũt sup asinam ꝯscẽdens iter dirigit uersus hierusalẽ.Cũqꝫ uenisset ad descẽsum mõtis oliueti turbæ multæ quæ audita nouitate miraculi de Lazaro suscitato illuc uenerãt audiẽtes ꝙ Iesus Hierusalem adueniret exierũt obuiã ei.Et ut maiorẽ ei honorẽ impẽderẽt alii eoꝝ uestes sternebãt in terrã.alii uero frõdes de arboribus cedebãt & an

terrā sternebāt ne uenerāda iumēta qb⁹ agnus māsuetissimus īsedebat terrā ꝯtingerēt ptiqꝫ ꝑcedētes:ptiqꝫ sequētes oēs clamabāt. Osāna filio dauid:bn̄dictus q uenit in noie dn̄i. His igr̄ laudib⁹ & iubil̄ benignū iesum cū discipulis suis comitātes usqꝫ ad portas hierusalē adduxerunt. Quā urbē ut iesus aspexit eius iā prænoscens futurū excidiū cōpassione motus lachrymas effudit sup eam. Pharisei uero & scribæ inuidia: calore succēsi:& laudibus & honore iesum cernētes extolli ip̄m redarguerūt monentes eundē ut eius discipulos ip̄m collaudantes increparet. Quibus benignus Iesus respondit. Amē dico uobis quia si hi tacuerit lapides clamabunt. Ingresso igit̄ dn̄o in ciuitatē facta est cōmotio totius ppl̄i sicqꝫ a turbis introductus statim perrexit in tēplū ubi symoniacos & rapaces emētes & uēdētes eiecit de tēplo ibiqꝫ in tēplo multis sanatis ægrotis cecis claudis aliisqꝫ īfirmis ac clamātib⁹ pueris. Osanna filio Dauid. Scribe & pharisei tabescētes īuidia & iracūdia desicati circūdederūt eū. Et ōndentes indignationē cordis sui de laude pueroꝝ ꝯfutationē p uerbū ꝓpheticū audierūt:iterūqꝫ suoꝝ facinoꝝ expulsionē de tēplo indigne ferētes ab ipso iesū quæsierūt in qua potestate id faceret eis plene rn̄dit. Sic igit̄ benignissimus iesus to

ta die cum eis disputans: ut eos conuerteret & in eorum oculis crebra diuinitatis miracula faciens & gentiliu ad se trahens turbam dilapsa uoce de clarificatione paterna: ut narrat Ioannes passionis suae modum & fructum mirabilem ipsis praedicens praedicationem suam protraxit ad uesperam. Et circumspectis omnibus cum iam uespera esset hora respiciens siquis forte eum ex pietate inuitaret hospitio nec quemquam reperiens in urbe sacrilega humiliter egressus ex urbe cum discipulis suis famelicus & ieiunus: qui tamen paulo ante cum tanta gloria introductus fuerat bethaniam rediit unde mane recesserat. Ibique ut refert Mattheus: illum fidelium conuentum docebat de regno dei. Crediturque quod sic omni die fecerit ut in die praedicans in hierusalem steterit rediens in sero ieiunus Bethaniam usque ad quintam feriam in qua in monte syon cenam paschalem cum discipulis manducauit. Heu igitur o anima mea collige paululum te intra teipsam totamque te transferas ad dulcissimi iesu xpi meditandam sacratissimam passionem. Linque omnes alias curas omnesque cordis distractiones in unum colligens. Iacta omnem cogitatum tuum in domini passionem. Et si cum ipso regnare cupis sibique patienti compatere: rumina: solerter discute: diligenter & singulariter reuolue actus singulos benignissimi iesu. Sic enim deuote pensanti occur

rẽt multa in quibus christo Iesu cõpatiẽs in ip
sius ardẽtius accẽderis amorem . Nunc igit o
aĩa mea in huius sacratissime passionis primor
dio:quia cũ cãticis & laudibus exceptus est be
nignissimus Iesus noster. Introeamus & nos ĩ
ꝯspectu eius in exultatiõe:occurramus sapiẽtis
simo mãsuetissimo & optimo Iesu nr̃o qui ut
agnus mãsuetꝰ hodie uenit ad locũ uictime &
dicamus. Ecce agnus dei : ecce q tollit peccata
mũdi. Exulta satis filia syon. Iubila filia hieru
salem:ecce deus noster ueniet & saluabit nos.
Sed ꝯsideremus quæ hic noster mãsuetissimus
agnus egit in hoc suo aduẽtu:suã nãqꝫ demon
strauit solitã humilitatẽ eiusqꝫ exẽplo nos in
struit q̃ falsus mũdani honoris appetitꝰ existat:
cũ ipse humillimus Iesus obuiã sibi uẽturã tur
bã ut ei honorẽ ĩpẽderet iã ꝑnoscẽs asine uili
tatẽ accepit:nec qualẽcũqꝫ assumpsit asinã: sed
coibꝰ obsequiis populi subiugatã afflictam &
oneratã. Hæc eteni asina ut credit paupibꝰ erat
cõis q iumẽta ꝓpria nõ hẽbãt cũ qs in ea opa
tus fuerat pabulũ dabat ei:& pullo q pariter ad
opera cõmunia mittebatur:nondũ enim quis
quam ascenderat eum . O benignissimᵉ Iesu
quanta est humilitas tua. Tu enim accipᵉre po
tuisses destrarium cuiuslibet hostis tui sicut asi
nam:sed uoluisti pie Iesu pietatẽ humilitatẽ ac

mansuetudinem demonstrare iumentum assu
mens despectum & mansuetum totum deditũ
obsequiis hoĩum. O sublimis humilitas humi
lis & admirãda submissio rex enim regũ prin-
ceps principum & dñs dñantium non erubuit
tam uili & tam despecto sedere iumento inter
iumenta nãq; oĩa & quadrupedes nõ uilius nõ
abiectius reperit. O felix aselle qui tam genero
sum ac ꝓciosum corpus tuo portare tergo di-
gnus effectus es. Tu qdem inter cetera aĩantia
ratione carẽtia magna dignus es ueneratione
qui meruisti portare eterni patris filium & me
rito. Tu enim cum ipse pius iesus in diuersorio
natus extitit & in ꝑsepio reclinatus illico ado-
rasti tuoq; afflatu eius frigida mẽbra refouisti
Bone iesu qũo tam carum hunc asinum hũisti
ut & natiuitatis tue hẽres comitem & ad passio
nem tuus ductor existeret. Quippe tu humilis
humilẽ eligisti humilis nãq; ac dimisse naturæ
ipse asellus existit ad obedientiã ꝓmptus & su
perbie nimis ignarus. Nõ enim magis extolli
tur si deaurata ei supponať sella frenumq; bal-
teatrum q̃ si rudi & abiecto corio uestiať infli-
cta ei uerbera & stimulos patienter portat nec
ob hoc a cepto desistit itinere. Merito igť o mi
tissime iesu hũilitatis speculũ humili uoluisti
sedere iumẽto qđ ꝓprie est pauperũ & humiliũ

personarum quo uti solent pauperculi & uiles homontiones Elegisti o pauptime iesu quod pauperi congruebat & ut melius tua reluceret paupertas non sellã aut sedille aliquod habuit asellus cum uestes superposueris pro sedilli. Non ibi etiam ut arbitror nobile frenum fuerat sed uilis chorda collo iumenti circũdata felix qui talis sonipedis ductor esse promeruit uidere mihi uideor. O dulcissime iesu caros tuos discipulos te circumcirca stipantes sũmo repletos gaudio cum te tanto extolli honore cernebant. Ipsi quidem in spiritu exultantes te corde & ore laudabant. ppl̃s autem ille indoctus solis te labiis honorabat cor autẽ eoꝝ longe erat a te. ¶ Eya igitur O aĩa mea ecce sponsus noster aduenit exeamus & nos obuiam ei ramos & flores ante xp̃m sternẽtes hoc est bonis operibus & uitioꝝ uictoriis adornati exeamus cum uiola humilitatis cum lilio castitatis cum rosa charitatis. ¶ His etenim floribus fulciri postulat spõsus noster inquiens. fulcite me floribus stipate me malis quia amore lãgueo. ¶ Exeamus obuiam ei extra portam: exeamus ad eum extra castra improperiũ eius portantes. ¶ Et hec de humilitate mansuetissimi iesu super asinam sedentis dixisse sufficiant. ¶ Sed non pigeat te. O aĩa mea ad alia quæ

in hoc mirando dñi iesu aduentu acciderunt paulisper attẽdere:sed singulos eius actus cum deuotione cogita. ¶ Non enim est sic facile ꝑtereũdus qlibet suauissimi iesu actus. ¶ Mox etenim ut ingressus ciuitatẽ est prexit ad templum & uendentes & ementes inde expulit. ¶ in hoc ostendit suam affluentissimã bonitatẽ. ¶ Non eni ad palatiũ iuit:seu ad regni soliũ aut ad tribunal iudiciariũ:ut de suis sacrilegis homicidiis uindictã sumeret qui iam eum suo firmo statuto occiderant. ¶ Sed iuit ad templũ ubi piissime illuminauit cecos erexit claudos & multos sanauit infirmos. ¶ mirare & eius mirabilem potentiam quia solus inermis sacrilegos illos de templo eiecit adeo ut nullus ei resistere ausus fuerit. ¶ Quiddam namq; ut inquit hieronymus igneũ & radiosum egrediebatur de facie sua maiestatis insigne. ¶ Conspice quoque pium iesum super ciuitatem ex compassione deflentem. ¶ O benigne iesu. Quid te ad lachrymas mouit nisi sola charitas & dilectio? ¶ At ego ĩfelix qa charitate uacu⁹ sum flere nõ ualeo. ¶ Nunq̃ te risisse cõperio dulcis iesu sed pluries te fleuisse. Fleuisti ĩ morte lazari. Fleuisti ĩ tua passiõe. Inf artea quoq; ꝯdit⁹ ꝑ sepia uagit⁹ dedisti. O hũiles lachryme uere dilectiõis ĩditia. Ideo te mariã dilexisse ꝑ

batur quia lachrymis rigauit pedes tuos:& qa ſtabat ad monumentum foris plorans miſere. re mei dulciſſime ieſu & pſta ut lachryme mee ſint mihi panes die ac nocte ciba me lachryma rum pane & potum da mihi cum lachrymis in menſura. ¶ Attēdamus inſuper imenſam pau pertatem admirandam patientiamq; piiſſimi ieſu. Cum enim in mane cum tanto fuiſſet ho nore receptus & tota die pro illis laboraſſet in gratis circumſpectis omnibus non inuenit qui ſibi poculum offerret aque frigide ſed i betha nia ieiunus cum diſcipulis ſuis rediit. O quāta eſt patientia tua quam immenſa paupertas tua dulciſſime ieſu compatere anima mea dilecto ieſu & lachrymas ne contineas ſi diligis eum iam nō modica dignus eſt compaſſione:uides enim quanta egeſtas fuit cum in tam lata urbe & opulenta nullus inuentus eſt qui eum inuita ret hoſpitio: ſed ad paruam uillam lazari op portuit remeare. Bone ieſu cur ego ibi non ade ram domunculam poſſidens qua te ſuſcipere potuiſſem. Forſitan tu dignatus fuiſſes ad pu blicanum & peccatorem deſcēdere dixiſſes mi hi mitiſſime domine quia in domo tua hodie me oportet manere & ſalus facta fuiſſet domui ipſi. Sed heu mihi miſero. Nonne ego te quo tidie in altari cerno qui ille idem es qui a Ma-

ria & Martha susceptus es. Possum igitur te domo suscipere. Sed uereor dulcis iesu ne postq̃ domum repereris sordibus pollutam renuas introire. Sed miserere pie domine & qui solus purgare potes tua benigna misericordia maculas meas terge ut te digne recipere ualeam: tu igitur o benignissime iesu qui tanto hodie honore exaltatus fuisti in quo te tã humilẽ ostẽdisti: qui es generosum mãsuetudinis & humilitatis speculum respice parumper in seruũ tuũ & ei presta ut in hac tua profunda humilitate te ualeat imitari tuiq; exemplo cuncta dimissa & infirma grandi animi affectu & studio aggredi altaq; & sublimia quæque respuer. Quicquid enim pro tuo amore fit non parũ est uel infirmum sed dignum regno celorum.


Meditatio de reuersione domini Iesu in Hierusalem post diem palmarum: & de multiplici prædicatione in templo: & de consilio facto per iudeos de ipso occidendo: & de oblatione facta per iudam.

Ueh tibi Hierusalem.



SCiens benedictus iesus sue mortis finē approximare q̄q̄ de nr̄a fuerit semper salute sollicitus in ultima septimana clarius opere demōstrauit dum sūmo mane rediens in templum in hierusalem ubi in p̄cedenti die cū tot susceptus fuerat laudibus tota die p̄dicationi uacauit beneficiis & miraculis scripturarūq; expositioni ip̄m filiū dei fore testantiū: Audiens dolosas phariseoꝝ & scribarū qōnes & salutifere eis r̄ndens. Et ne ex iracūdia uideretur eos arguere eoꝝ perfidiā atq; malitiā cū multa patientia cōfutauit in pluribus multas eis parabo

las dicens: & discipulos suos una cum turbis exortans: unde & in hac septimana illud danielis cōpletum extitit. Consumauit pactum multis ebdomada una. Pactum quidem qd' nobiscū fecit est cum nr̄am assumpsit naturā quo. s. nobis totam suam præbuit uitam ut tota foret redemptio mortis nostræ. Tota igitur die uacans prędictis ut pie creditur: usq; ad uesperam ieiunauit. Tūc in bethania exiuit modicū sumpturus cibum quo tenue illud sustētaret corpusculū domo Marie & Marthe. Ciboq; sumpto in montem pergebat oliueti ibiq; in oratione pernoctās & ut arbitror nōnunq̄ diem ieiunus sine cibo trāsibat: unde si bn̄ auertis o aīa mea dulcissimus iesus tuus die quo cum palmis in hierusalem introductus extitit cum in sero in bethaniam rediisset nequaq̄ cenauit. Cum postea sequenti mane in hierusalē rediens uidens fici arborem exuriens ad eam accesserit si quid in ea reperiret quæ eius mandato illico aruit. Si igitur in sero cenasset in mane minime exurisset. ¶ Attende hic: o anima mea & diligenter considera quale erat exercitium dulcis iesu per diem & noctem. Mane etenim ad urbem pergebat in templum p̄dicationibus intendēs & sermones ad populum faciens longiusq; cū scribis & phariseis disputationes contexens



Sicq; usq; ad uesperam cum suis discipulis tali bus isistebat: Cũq; propinquaret uespera ciuitatem exiens ad castrum lazari. Marie & Marthe pergebat: Ibiq; cũ suis reficiebatur discipulis. Non enim credo: q̄ plusq̃ semel comederet in die dulcis iesus nisi causa fuisset legiptima. Ibique ut arbitror caras illas suas discipulas suauibus & dulcibus pascebat eloquiis. At cum crepusculum noctem adduceret: Recedebat inde delicatissimus magister cũ discipulis suis in montem conscendens oliueti qui parum inde distabat uideque summam eterni sapientiam: licet etenim cum suis discipulis quasi continue in domo illarum mulierum comederet & ut arbitror etiam in die longam interdum traheret moram nocte tamen adueniente nequaq̃ ibi morari uolebat: sed in montẽ ascẽdebat: ubi quidnam extimas agebat. Sane ut arbitror dilectos docebat discipulos in die intendere non ualuerat: quia cum iudeis occupatus fuerat. Postq̃ modicum capiens somnũ super nuda humo quæ ut extimo sibi continuo erat lectus residuũ noctis uacans orationi dormientibus simul & orantibus suis discipulis: consumabat. Et cum dies iam clara esset pergebat ad templum. Tu igitur o aĩa mea si diligis xp̄m tuum, ipsum studeas imitari. Feria autem

quarta eiusdem septimane principes sacerdotū & scribe in atrio cayphe cōgregati ex eo ꝙ ea quæ a xp̄o fiebant eoꝝ continue propulsabant auditum non ualentes sufferre sed mortis eius acceleratione inardescentes cōsilium inierunt quo iesum dolo tenerent & occiderent Timē tes uero ne iniquum eoꝝ propositum impediretur a populo qui ut ꝓphetam iesum uenerabantur nolebant ut in die festo id fieret ne maior tumultus fieret in populo. O gloriosissime iesu quale ꝯsilium contra te fieri audio. Quid contra te ꝯspirant hi perfidi iudei cōuenerunt simul aduersum te animam tuam accipere consiliati sunt. Dixerūt impii intra te non recte cogitātes opprimamus uirum iustum iniuste deglutiamus eum tanq̄ infernus mittamus lignū in panem eius & erradamus eum de terra uiuētium aufferamus memoriā eius de terra & nomen eius non memoret amplius: qm̄ inutilis est nobis & cōtrarius operibus nostris improperat nobis peccata legis diffamat contra nos peccata nostra promittit se scientiā dei habere & filium dei se noiat. Factus est nobis introductionem & reuelationē cogitationum nostraꝝ grauis est nobis etiam ad uidendū qm̄ est aliis dissimilis uita illius & abstinet a uiis nostris tā q̄ ab imunditiis tanq̄ nugaces extimati sumus

ab illo & gloriat se patrem habere deum uidea
mus si ueri sunt sermones illius & temptemus
quæ uentura sunt illi. Si uerus dei filius est su-
scipiet illum & liberabit illum de manibus cõ
trarioꝝ ꝯtumeliis & tormentis. interrogemus
eum ut sciamus reuerẽtiam eius morte turpissi
ma condẽnemus eum & probemus patientiã
eius: his igitur loquentes sermonibus ꝯsilium
faciebant ut occiderẽt pium iesum. Nolunt au
tem fieri in die festo sed tu benigne dñe diem
festum elegisti ad mortem tuam ut maius susti
neres obprobriũ utqꝫ ignominior fieret mors
tua in urbe regia & in die solẽnitatis ubi oẽs
populi de circunstantibus urbibus atqꝫ coherẽ
tibus prouinciis conueniebant obprobriosum
pati uoluisti supplicium ut eo dedecus sustine
res maius quo mors tua pluribus nota esset. In
super ut onderes ꝙ ille fueras de cuius morte fi
guratus fuerat agnus paschalis. Tunc igit im-
pius iudas ad sic congregatos sacerdotũ princi
pes abiit dicens qd uultis mihi dare & ego eũ
uobis tradã. Qui audientes gauisi sunt uiden-
tes iniqui ꝓpositi iniquũ adiutorem unum qui
de familia fuerat pii iesu: & ei triginta spopon
derunt argenteos. O proditor nequissime o in
grate discipule equidem non discipule: sed ho

ſtis aſpertime heccine ſunt quæ tuo reddis magiſtro. Hæc ſunt quæ pro tot tibi ab eodē collatis beneficiis præmia condigna retribuis. O ſacrilege traditor & ſacratiſſimi ſanguinis truculente mercator. Quid erga te exercuit dominus meus benignus ieſus. In quo te contriſtauit aut in quo tibi moleſtus fuit ut ſic execrabiliter eum perdas. Ingrate benificiorum immemor: aſſumpſit te pius ieſus in diſcipulum ſuū ut de electorum exiſteres numero teq; diſpenſatorem eorum quæ ſibi & cæteris dabantur effecit & tu ad iudeos properas ut ipſis eundem tradas ſola concitatus auaritia & illectus cupiditate. O impiiſſime proditor q̄ paruo precio eum qui erat ſūmum precium quo mundus redimi debebat uendidiſti. Qualem putas de te ſummi ſacerdotes habuere deriſum cum conſpexere diſcipulum magiſtrum ac benefactorem ſuum ſic uiliter prodere & tam exiguo uēdere precio. Sed ueh tibi bonum tibi namque extitiſſe ſi natus non fuiſſes q̄ natum tam enorme facinus perpetraſſe. ℭ Hæc igitur dies o pie ieſu magna mihi ſemper eſt ueneratione colenda in memoria tanti piaculi. Hæc dies eſt lamentationis & fletus in qua caro tua ſacratiſſima uendita eſt pro me miſero redimendo.

¶ De præparatione cene facta per discipulos die iouis: ꝛ lotione peduꝫ discipuloꝝ per ipsum iesum facta ac de multis actibus exemplaribus ipsius iesu in ipsa cena.



PRima die azimoꝝ feria .s. quinta in cuius diei uespa agnꝰ paschalis occidebatur & edebatur azima ꝺm ꝯsuetudinē iudeorū accesserūt discipuli ad iesum uidētes diem festum & magistrū ꝓprium non habere hospitium: ubi reclinare posset dixerūt: ubi uis paremus tibi comedere pascha. ¶ O benigne iesu modo tuam diuinitatem oñdisti discipulis dicens. ¶ Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret uobis hō amphoram aque baiulans sequimini eum in domū in quam intrat & dicite dño domus ubi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse oñdet uobis cenaculū grande stratum & ibi parate nobis pascha. ¶ Ad hæc aūt peragenda duos tm̄ ex discipulis misit petrum .s. & Ioā

nem. ¶ Demonstrasti duplici signo tuam diui-
nitatem o bone iesu dum hunc iudeum homi
nē inuitasti ut hospitium quod sibi & suæ fami
liæ parauerat ad pascha celebrandū tibi dimit
teret libere. ¶ Hunc quoq; cognoscere p absen-
tia signa & futura cōtingentia isinuasti. ¶ Qui
igitur primo nec christo nec discipulis familia-
ris extiterat sic se usu proprii nudauit hospitii
sicq; se totum ad iesum & apostolos transtulit:
ut extunc recollectionis aplor refugium factū
sit ubi & nunc cōstructa manet ecclesia quæ sy-
on cenaculum nūcupat. ¶ O felix domus: do-
mus tantis ꝯsecrata mysteriis ut ibi christus le-
galia ꝯsumaret præcepta & sui corporis & san
guinis sacramēta inaudita charitate institueret
sermonem nobilē discipulis faceret. Ibiq; post
resurrectionē suā ipse benignus iesus suis appa
ruit discipulis in die quoq; penthecostes in ea
dem imissionē faceret spiritus sancti. ¶ O uene
rande mons syon mons coagulatus mons pin
guis in quo bñplacitum est deo habitare in eo
multaq; mirāda in eo opari. ¶ Hic mons qua
si fauus distillans dulcedinem & flos redolens
suauitatis odorem pias mentes sui recomenda
tione afficit cōfortat ac reficit ac sanctitatis suæ
præheminentia consolatur. ¶ Et quidē elegit
dñs syon elegit eam in habitationem sibi. ¶ Fe

iacendo recumbentes ad mensam starent & su-
per ea integrum agnum assum & cibaria cæ-
tera quæ hospes ille parauerat teque cum di-
scipulis tuis discumbentem ita ut tres ex disci-
pulis pars singula quadrate mense conciperet
& te magistrum in aliquo ex angulis residen-
tem. Et a dextris ut extimo carissimum discipu
lum petrum quem cæterorum principem con
stituisti quique feruentissime te semper dilexit
A sinistris uero dilectissimum discipulum Io-
hannem cui uirgini matrem uirginem cõmen
dasti: dehinc discipulos reliquos seriatim re-
cumbentes. Manet & hodie mensa rome in ec
clesia lateranensi quæ mensa dicitur q̃ in uno
quadro est duorum brachiorum & palmo-
rum septem: stricte tres: discipuli in uno qua-
dro sedebant. O societas sanctissima. O glo-
riosa cunctio. Sedet agnus mansuetissimus in
ter mansuetas oues quibus tamen lupus ra-
pax & canis rabidus Iudas scilicet proditor est
admixtus ℣ Sedent. O bone iesu hi filii tui si-
cut nouelle oliuarum in circuitu mense tue.
¶ Sedent omnes illo excepto magna insi-
mul charitate connexi. ¶ Eduntur apposi-
ta fercula & Agno purissimo iuxta iudeo-
rum consuetudinem uescuntur. ¶ O bea-
tum diuersorium. ¶ O beatum cenaculum

lix & hic paterfamilias qui tam grandis charitatis iesu christo præparauit cenaculum. ¶ Imitemur hunc patremfamilias. O anima mea. ¶ hominem insequamur qui seruum destinauit ad hauriẽdum aquam. ¶ homo etenim exterior nostre fragilitatis hauriat aquam lachrymose contritionis in putheo sue profunde malitie: quã & humeris satisfactionis uirtuose portet ad iudicium rationis quo ipsa ratio & uolũtas loca dignum iesu ualeat præparare cenaculum. Parata igitur mensa & agno paschali cum cæteris oportunis hora uespertina uenit illuc iesus cum reliquis discipulis suis. Et cum facta esset hora discubuit ad mensam. O cena beatissima. O felix ꝯuiuium beati qui ad cenam tuam discumbunt. O clemẽtissime iesu beati qui digni facti sunt ut tecum in conuiuio epulentur. Epulas etenim eis præbebis & aquam uiuã quibus sumptis non exurient neq; sitient in eternum. O benigne iesu indica mihi formam & seriem illius cene delicatissime: ut ipsam mente reuoluendo tecum & cum discipulis tuis reficiar. ¶ Videre mihi uideor dulcis iesu te in grandi cenaculo cum discipulis tuis recumbẽtem. Cerno ibi paratam mensam quadratam quattuor habens angulos secundum iudeorum morem & in terram positam. Ita ut quasi

ueneratione dignũ: in quo dñs epulari dignatus est. ¶ Quare non ibi: tũc affui dulcis iesu ut ministerium aliquod saltem ex minimis tibi tuisq; discipulis exhibuissem. ¶ Collegissem utique aliquid ex micis de mensa dñi mei cecidissent. ¶ Idq; mihi satis extitisset si tuã uenerãdã faciem contẽplari potuissem. ¶ Ad pedes tuos me strauissem & lachrymis cum magdalena rigassem. ¶ Et tu benignissime dñe qui residens in cõuiuio plorantem nõ spreuisti mariam me quoq; publicanũ & peccatorẽ nõ renuisses ¶ O suauissime iesu q̃ dulcia fuissent' faucibus meis eloquia illa amenissima tua & saluberrimi sermones qb'caros reficiebas discipulos. ¶ Quidnam eloqui cepisti dñe cum ad mẽsam positus esses. ¶ Desiderio inquis desideraui hoc pasca mãducare uobiscũ anteq̃ patiar. ¶ O quãta est charitas tua q̃ imensa dilectio bone iesu desidera cum tuis mãducare discipulis qui tamẽ cibo corporali non indiges: sed cibum alium habes mãducare quem nesciunt. Cibus quidem tuus est ut facias uoluntatem patris tui Ecce nunc recũbentem ad mẽsam dñm iesum cum discipulis suis. Ipse uero panis iesus sciens quia uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cum per aliquod spatiũ se-

dissent ad mensam agno : uescentes paschali. Sciens iesus quia omnia dedit ei pater in manus & quia a deo exiuit & ad deum uadit: surgit a cena & ponit uestimenta sua: & cum accepisset lintheum præcinxit se : deĩde misit aquã in peluim & cepit lauare pedes discipulorum & extergere lintheo quo erat precinctus. Cepit ergo a Symone Petro quem principem cõstituere decreuerat apostolorum : licet aliquorum sit opinio ꝙ a proditorẽ exordium sumpserit: qui nullam resistentiam fecit: de quo modicum est curandum. Quibus igitur apl̃is sedẽtibus in parte domus inferiori relicta mensa quæ in parte parata erat superiori; uenit ad Symonẽ Petrũ: quem Petrus ante se ĩcuruatum intuens: eiusq; pedes poscentem ut eos lauaret: magno extitit oppressus stupore. Nunquid enim stupere debuerat cum pedibus sui uilissimi piscatoris: filium dei inclinatum cernebat ad ministerium lotionis. O humillime Iesu quis unq̃ tibi similis fuit aut erit in hac profundissima tua humilitate. Anima mea non sunt hæc sermone proferenda sed cum magna cordis liquefactione pensanda. Admirari igitur potuit Petrus merito & ecce quid ait. Tu mihi lauas pedes? Crede anima mea ꝙ Petrus tantam conspiciens humilitatem lachrymas continere non potuit.

Vnde & de ipso refertur q cum post domini ascensionem quasi continue fleret ex memoria dulcis iesu. Interrogatus a Clemente cur tātum fleret respondit. Cum ad memoriam uenit humilitas ac pietas domini mei Iesu christi q ad pedes meos lauandos fuerit inclinatus: lachrymas continere non ualeo. Recusante igitur Petro porrigere pedes. Ait illi Iesus. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Cui iterum Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Benignus uero Iesus ait ad illum. Si non lauero te non habebis partem mecum. Petrus hoc territus sermone respondit. Domine non tātum pedes meos: sed & manus & caput: Vidisti o pie iesu tantum horrorem in mente Petri: tantamq; de profunda tua humiliatione admirationem: q licet cōmuni locutione persuasisses eidem: nequaquam acquieuisset. Vnde sic ei acerbe comminari uoluisti: Cum hanc cōminationem solus ipse præ cæteris formidabat qui te feruentissime diligebat: & animam suam pro te ponere promptus erat. Vnde non sustinens hanc iacturā totum se saluatori subdidit. Loto igitur Petro uenit ad cæteros discipulos singulorum pedes similiter lauans. Ipsi uero ex correctione Petro facta nequaq̄ Iesum prohibere sunt ausi. Vbi uero omnium pedes

lauare perfecit:sic ad eos loquitur dulcis Iesus Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet:sed est mundus totus:& uos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum:ideo dixit: non estis mundi omnes.
¶ Nunc habes o anima mea seriem cenæ dilectissimi iesu. Sed singulos eius actus sedula mē te:& cum deuotione recogita:quia multa tibi in hac cena exempla præbuit dulcis iesus. Conspice in dilecto iesu mirabilem charitatis feruorem quam transiturus de hoc mundo ad patrē in discipulos demonstrauit: ut sui copiam sic charitatiue eisdem faceret:manducando pasca cum eis:& cætera quæ in ipsa cena fecit populo memoranda. O dulcissime Iesu dilexisti eq dem discipulos tuos & usq in finem dilexisti: quia usq ad mortem:ut mortem pro eis subires. Et quidem maiorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quāuis enim o benigne Iesu omnia in mensura feceris hoc solum scilicet diligere nūquā in mensura fecisti. Nec mirum quia spiritū ad mensurā nō accepisti:sed hodie maxime in feruore charitatis excessisti. Vide etiā in humili iesu ꝓspitatis ꝯtēptum:qa licet tāq̄ dn̄s & magr̄ sederet iter discipl̄os formā sui accipiēs:surgit a mēsa & uestimēta depōit ut liberi⁹ misterioa u

care possset. Intuere quoq; munditiam dulcis ie
su quia pcinxit se lintheo. Cerne præceteris stu
pendam humilitatem quia misit ipse aquam
in peluim non iussit per alium poni. O humil
lime iesu tu solus oia faciebas hausisti aquam:
posuisti ad ignem in peluim misisti: recumbe
re fecisti discipulos & ad singulorum pedes te
prosternens humiliter lauisti eos & manibus
propriis extersisti. Quid humilis seruus plus fa
cere poterat. Respice insuper excessiuam beni
gnitatem quia ab hac lotione proditorem su
um nequaquam fecit alienum sed ipsum tolle
rauit & quantum potuit ab iniquo studebat re
uocare proposito: lauando cum cæteris & cõ
municando. Sed grandis fuit impietas crude
lis discipuli q nec humilitate obsequii: nec ob
latione sui sacratissimi corporis potuit ãmoue
ri. Ecce discurrimus o anima mea singulos ac
tus mirificos dilectissimi Iesu in deuotissima lo
tione. Postq ergo omnium discipulo; pedes
lauit audi quid ait. Qui lotus est non indiget
nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus & uos
mundi estis: sed non omnes. Et his dictis sum
psit uestiméta sua & cum discipulis sursum ad
mensam rediit quam paratam reliquerat. Et
cum iterum ad mensam recubuisset caros di
scipulos taliter pius iesus alloquit. Scitis quid

ego fecerim uobis. uos uocatis me magister & domine:& bene dicitis:sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis ut quẽadmodum ego feci:Ita & uos faciatis. Amen dico uobis non est suus maior domino suo nec apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis beati eritis: si feceritis ea nõ de omnibus uobis dico. Ego scio quos elegerim. Hæc uerba fuere dilecti Iesu cum ad mẽsam resedisset. Nunc ad te sermonem deflectens o benignissime iesu. Quid faciam ego miser. Ecce tu dulcis domine dedisti exemplum discipulis & mihi qui & tuus discipulus ero si tua mandata seruauero si in tua dilectio ne permansero. Exemplũ dedisti ut quẽ admodum tu fecisti ita & ego faciam. Quid fecisti mitissime domine. Excessiua charitate me dilexisti. Item a me postulas ut te diligam. Tui igitur exemplo pedes dulcissimi Iesu redẽptoris nostri lauabo: pedibus tuis prouoluar cum maria magdalena. O benigne iesu domine nec cessabo lachrymis rigare lauabo quoq pedes discipulorum meorum:hoc est sensuum meorum inordinatorum: appetituum sensualitatis meæ:hii profecto mei discipuli fuere qa mandata mea & meæ misere carnis semper ser

uarunt. Hos ergo sensus meos lauabo ut sicut carni amodo seruierunt: nunc discãt seruire spiritui. Sed ad mensam prius sedebo sicut tu bone iesu ad mẽsam. s. quam parasti in conspectu meo aduersus eos qui tribulant me. Parasti quidem mensam scilicet tui sacratissimi corporis & tuæ sanctissimæ passionis. Hæc est mensa de qua dixisti ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et cum ad mensam sedero faciam quod in prouerbiis dicit. Sedisti ad mẽsam diuinitatis. s. christi. Vide quæ tibi apponuntur: scito & te similia debere præparare: idest pati sicut ipse. ¶ Tuæ igitur passionis uestigia imitari conabor: prius tamen ad mensam sedebo sic postea surgam. Surgam postq̃ sedero cum manducauero panem doloris. Sedebo in humilitate nec nisi post humiliationem assurgere audebo: sed sedens prius mãducabo panem doloris: & me reficiam faciẽs: ut lachrymæ meæ sint mihi panes die ac nocte. Præcingam quoq; me lintheo castitatis & mundiciæ ut sint lumbi mei præcincti: cingam me uirtute & actibus uirtuosis. Hæc si fecero pie iesu de tua pietate confido q̄ ad mensam tuam iterũ me reduces cum discipulis tuis. Verum gloriosissime iesu: quia sine te nihil ualet fragilitas mea. Clementiam tuã exoro ut hanc dilectio-

nem cuius mihi exemplum tribuisti sic cordi meo tenaciter imprimas: ut nihil quæram: nihil cupiam nisi te solum iesum diligere. & totus tua passione sim continue transformatus.

¶ Meditatio quomodo dominus iesus post lotionem peduz mirabile sacramentum sui corporis ⁊ sanguinis instituit ⁊ discipulos communicauit: ⁊ de multiplicibus ipsius sacramenti laudibus.



AD te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Ecce ad te procliuus accedo: O clementissime iesu & procidens adoro te miserere mei benignissime domine: ne despexeris orationem meam. Iube uago & discolo cordi meo: ut ad se redeat & in se cōmorans desinat uagari per deuia. Solue fasciculos meditationum deprimentium mentem meam quæ ex transuerso: subrepentes ipsam mētem diuerberant: concutiunt: & instabilem reddunt. Trahe me ad te o amantissime Iesu: salus mea: consolatio mea: refrigeriū meum. Nam percussus sum & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. Oblitus sum equidem tui: o dilecte Iesu: nam passionem tuam sanctissimam sedula meditatione memoriæ non habui: & in tuis præciosis uulneribus non sum delectatus: nec meditatus sum nocte cū corde delictum meum. Fateor o dulcis domine: quia nō fui memor tui: nec exercitatus sum: nec scopsi spiritum meum: non fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quid igitur faciam? Reuertar ad dominum Iesum meum & inuocabo eum: non cessabo reiterare sanctissimū Iesu nomē: donec sonet uox tua in auribus meis. Veni igitur o bone Iesu & miserere mei. Audi dulcis Iesu orationem serui tui. Absorbe cor

meum in sanguine tuo o mitissime Iesu: Fiat cor meum o benignissime Iesu tanq̃ cera liquescens in medio cruentis lateris tui. Accipe mẽtem meam & ipsam in aliquo tuæ passionis articulo circũuolue. Præsta suauissime Iesu ut exalat cor meum intra me: & in meditatiõe mea exardescat ignis. Deduc me Iesu piissime ad cenam tuam sanctissimam ubi te cum discipulis tuis audiam loqui sedentem ad mensam tuam postquã eorum lauasti pedes. Dic mihi o anima mea si legisti quid fecerit subsequenter dominus meus Iesus postquam ad mensam resedit lotis discipulo℞ pedibus: sane adhuc manducantibus illis accepit Iesus panem & gratias agens benedixit ac fregit deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationem. Et cum singulis panis bucellam præbuisset: calicem appræhendit & immittens uinum: gratias agens: similiter dedit eis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamẽti: qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Biberuntq; ex illo omnes. Sistamus hic paululum: o anima mea & deuota meditatione pẽsemus miranda quæ fecit Iesus noster benedictus. Memoriam namq; fecit mirabiliũ

suorum misericors & miserator dominus escã dedit timentibus se. O cena mirifica in qua tot mirabilia facta sunt. Hæc tua ultima fuit cena. O dulcissime iesu quam facturus eras cum de hoc mundo fores transiturus ad patrem. Multa equidem in ipsa cena stupenda tua charitate constituisti. Sed præ cæteris ut tuæ passionis memoria fixa inhæreret fideliũ mẽtibus. Hoc tam excelsum tam suaue tam sublime & delectabile necnon & tutissimum ordinasti tui corporis & sanguinis sacramentum. O mirabile sacramentum in quo omnis melliflui saporis suauitas omneq; suaue delectamentum habet in hoc sacramento. O dulcissime iesu q̃ suauis q̃ dulcis existas sapide degustaris. In hoc mirifico sacramento tua nos reficis corporali præsentia: in alia quidem forma: sed in propria substãtia. Quid igitur plus cupio: si præsentem habeo iesum meum? At nũc uideo per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Non sufficio mirari: o benignissime iesu tuam imensam liberalitatem: tuamq; largissimã donationem. Quid amplius? Quid sublimius dare poteras dulcis domine? grandia quippe ac præciosa in hoc tuo testamento reliquisti. Opulenta sane a te est relicta hæreditas: Linquunt alii morientes hæredibus ciuitates & castra: posses

siones atq; pecunias:fabricas & ædificia fieri iu
bent:& ornata sepulchra ut eorum non aboleã
tur memoria. Sed tu pie domine ut tuæ sacra-
tissimæ passionis continuã haberemus memo
riã teipsum reliquisti teipsum donasti in pabu
lum assumendũ. Et hoc constituisti uenerãdũ:
glorificandũq; sacramentũ:& innumeris laudi
bus extollendũ. O liberalissime domine. O ex
uberans pietas saluatoris mei dilecti iesu. Quo
modo tuæ sanctissimæ passionis unq̃ queo im
memor fore cum quotidie hoc tuum saluberri
mum aspiciã sacramentũ. Heu mihi bone iesu:
quia dũ mirãdũ hoc intueor sacramentũ non
adest mihi iugis memoria tuæ mortis. Vnde
mea salus & liberatio processerant. Ingratissi-
mus sum & torpore plenus piæ dominæ cum
hoc sacratissimum & uenerandum tuum cor-
pus aspicio si te redemptorem meum non re-
colo crucifixum:flagellatum:irrisum:& turpis
sima morte occisum. O caput meum aridum
cur non hauris aquas cum gaudio de fontibus
saluatoris? O lachrymæ cur non cateruatim ef
fluitis in lætitia & exultatione dum meam li-
berationem rememoro in hoc mirabili sacra-
mento? Cur non totus in meipso deficio con-
siderans immensam tuam sanctissimam cha-
ritatem: largitatemque præcipuam: qua teip-

teipsum in cibum præbuisti? Miserere mei benignissime domine: quia præ duritia & ariditate cordis fructum hunc saluificum gustare nō ualeo. Et tamen miserrimus ego sacramētum hoc præsumo suscipere. Et heu mihi quia non lotis manibus & pedibus manducare non erubesco. Attendo enim dulcissime Iesu ꝙ in hac tua gloriosissima cena antequam hoc tuæ passionis memoriale nobilissimum constitueres sacramentum: tu humilitatis speculum: formā serui accipiens pedes lauisti discipulorum: dicens insuper Petro: Si non lauero te non habebis partem mecum. Nonne igitur magnæ erit præsumptionis: grauisq; offense imminebit periculum: si tecum partem habere uelim sacramentum hoc suscipiendo non præmissa primitus lotione? Noui igitur pie domine quis qualisue esse deberem cum ad tātum accedo sacramentum: lotione siquidem primitus facta. Id mihi scio opus fore bone Iesu: ut per singulas noctes lectum meum lauem: & lachrymis meis rigem stratum meum: lauem itaq; pedes per compunctionis lachrymas & interiorem mentis deuotionem. Sed heu me infelicissimum: quia ego tam uilissima creatura ad tam excellentem maiestatem accedere non formido: totus infectus putredine; fetoribusq; maculatus

charos discipulos tuos totos territos : hoc uer
bo audito grandiq; merore confectos. Nonne
grauis eis inerat dolor: q tu eorum Magister:
Dux gubernator & custos: ac rector ad mortẽ
tradẽdus esses: & qd' duri⁹ erat q ex eis unus id
esset acturus. Graue quidẽ primũ fuerat: sed' im
modestius secundum atque acerbius uideba-
tur. Sed audito anima mea quid responderunt
discipuli audito hoc uerbo. Aspiciebant se ad
inuicem & uix ualebant uerba formare & tre
mula uoce dicebãt: prohdolor qualia sunt uer
ba ista quæ ꝑfert carus magister noster. Quis
ille tam perfidus erit ex nobis qui tam detestã
dum perficiat scelus. Ego equidem dicebant
singuli nequaquam id cogitaui nec in mẽtem
uenit. Quomodo namque posset talis cogita
tio in mentem cadere. attamen dominus no-
ster minime falli potest. Qua re conuersus ad
dominum unusquisque dicebat nunquid ego
sum rabi. quibus benedictus iesns respondit
unns ex duodecim qui intingit mecum ma-
num in catino hic me tradet: at cum plures ex
eis forte tunc manus in catino intingerẽt quis
ex eis ille foret dep̄hendere minime potuerũt.
Tũc iudas q manus ĩtingebat cũ aliis ait. Nun
quid ego sum rabi. Sed pius iesus non pro-

dens illum respondit. Tu dixisti quasi diceret. Non ego dico: sed tu. Putandum sane est quod si pius Iesus suũ proditorem aliis edidisset discipuli manus suas nequaq̃ continere potuissent quominus impetum unanimiter facientes in proditorem illum nequissimum: manibus: pugnis ac gladiis insultassent: eumq; qui mortis auctor futurus erat perimissent. Quomõ enim quiescere potuisses: o Petre qui in copiosam cohortem insultum facere minime formidasti. Cupiẽtibus igitur omnibus nosce tanti sceleris auctorem: Petrus cæteris feruentior ĩnuit uni ex discipulis. i. Iohanni euangelistæ quem diligebat Iesus qui tunc in sinu recumbebat benignissimi Iesu ut ab ipso dilecto magistro exposceret quisnam ille foret. Cum itaq; dilectus ille discipulus supra pectus Iesu recubuisset dixit ei: domine quis est? Cui respondit Iesus: ille est cui ego intinctum panem porrexero: & cũ ĩntinxisset panem: dedit Iudæ simonis scharioitis. O felix discipule qui sic a domino amari meruisti: cuique secreta dominus reuelauit. O dilecte Iohannes amabaris quidem a dño quia ipm quoq; amabas dñm: uñ ut reor supra pectus eius audito uerbo illo terrifico ex merore & tristitia resedisti. Et unde tibi hæc o Iohannes. Nunquid tu sublimior Petro? An-

drea sanctior an cæteris omnib⁹ apostolis gratiosior. ¶ Speciale ut ait Anselmus hoc uirginitatis priuilegium quia uirgo es electus a dño atq; inter cæteros magis dilectus. ¶ Postq̃ igitur perfidus proditor buccellã panis assumpsit introiuit in eum sathanas dixitq; ad eum tũc dulcis iesus. Quod facis fac citius. ¶ Quod quidẽ uerbum nemo discũbentium intellexit. ¶ Putauere namq; quidam q̈ quia loculos habebat iudas ei dixisset dñs ut emeret quæ ad festũ necessaria fuerãt aut egenis aliqd daret. ¶ Moxq; iudas a mensa discedens maligno spiritu impellẽte ipsum pergit ad principes sacerdotum & scribas paratum se offerens ad tradendũ eis benignissimũ iesum. ¶ Ipse uero pius iesus cũ reliquis undecim ad mensam remanens dulcibus eos eloquiis consolans ait. Nunc clarificatus est filius hominis & deus clarificatus est in eo & deus clarificabit eum in semetipso & cõtinuo clarificabit eum: longosq; contexens sermones ad dilectionem ad inuicem habendam permaxime hortans eos ɔcludẽs in hoc q̈ eius discipuli comprobabunt si dilectionem habuerint inter se. ¶ Ipsis quoq; altercantibus ad inuicem quis eorum maior esse uideretur admonuit eos ut qui maior erat in eis fieret sicut minor insuper recessum suum ab eis notum ipsis fecit

dicens. Filioli adhuc modicum uobiscũ sum. Queritis me & sicut dixi iudeis: quo ego uado uos non potestis uenire. ¶ Conuersusq; ad simonem ait. Simon ecce sathan expetiuit uos ut cribraret sicut triticum ego autẽ rogaui pro te ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. ¶ Dixit ei simon petrus dñe quo uadis. ¶ Respondit iesus: quo ego uado non potes me modo sequi: sequeris autem postea. ¶ Dicit ei petrus: quare non possum te sequi modo. ¶ Paratus sum & in carcerem & in mortem ire & animam meam pro te ponam. ¶ Cui iesus ait. Animam tuam pro me pones. Amen dico uobis: quia uos omnes scãdalum patiemini in me ista nocte. Scriptũ est enim percutiam pastorem & dispergẽtur oues gregis: postq̃ autem resurrexero precedam uos in galileam. ¶ Rñdens autem petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te ego nunq̃ scandalizabor. ¶ Ait illi iesus. Amen dico tibi petre quia tu hodie in hac nocte priusq̃ bis gallus cantet ter me es negaturus. ¶ At ille amplius loquebatur & si oportuerit me mori tecũ non te negabo. ¶ Similiter & omnes dicebãt. ¶ Dehinc benignus iesus mellifluũ exordiens sermonem per longum prothraxit spacium. Et ultra q̃ humana mens sit sufficiens capere

eternē charitatis apl̄is patefecit archana quæ di
lectus discipulus iohānes euangelista per spiri
tum sanctum memoriā retinens uerbo⁊ iesu
miro sacro conscripsit. ¶ Sed quæso te. O aīa
mea paulisper hic consiste & sedula ac deuota
meditatione intra teipsam reuolue: & rumina
hos mellifluos sermōes dulcissimi iesu nostri
quos discipulis suis deseruit trāsiturus ad mor
tem. ¶ Attende eius mirabilem in suos discipu
los charitatem. ¶ Comedit benignissimus ma
gister cum caris discipulis ¶ Lauit eo⁊ pedes.
¶ Corpus suū ipsis & sanguinem tradidit. ¶ Et
post hæc oīa eos nō cessat hortari sermonibus
¶ O mitissime & benedicte iesu uerba quæ di
scipulis loqueris: profecto spiritus & uita sunt.
¶ Idque cognouit cum dixit uerba uitæ eter
næ habes. ¶ Nam eloquia tua eloquia casta &
dulcia faucibus te amātium super mel & fauū.
¶ Idipsum quoq; cognouerunt hi qui missi a
principibus ut te comprehenderent retulerunt
Nunquam sic locutus est homo. ¶ O disertissi
me orator fauus distillans labia tua mel & lac
sub lingua tua. ¶ O q̄ elegantia q̄ mirifica hæc
uerba fuere q̄ dn̄s meus ī ultimo ꝓtulit. ¶ Disci
pulis nāq; dilectionē īuicē hn̄dā monet. ¶ De
hic ad ipi⁹ iesu dilectionē hortat̄ eosdē. ¶ Post
hæc Angustias & ꝑssuras q̄s passuri erāt ꝑdixit

& demum pro eis orationem ad patrem fudit. Super omnia uero mirari non sufficio: o sapientissime iesu quanta de tua fueris dilectione locutus. Hoc præcipue discipulis tuis mādas hoc præcipis ut te diligant ut te ament o excellentia amoris o uehementia dilectionis: o præheminētia charitatis hanc præcipuam: o pie dñe tuis discipulis reliquisti. Hæc igitur extollenda Hæc in uotis oibus expetenda est: qui te non amat o bone iesu abiiciat abs te. Equidē aquæ multe non potuerunt extinguere charitatem. Nam fortis est ut mors dilectio: sane si dedero oēm substātiā dom⁹ pro dilectione quasi nihil despiciam eam. Quis igitur me separabit a charitate tua o suauissime dñe. Tribulatio. An angustie: an persecutio: an fames. Sed quia sine te nihil possum agere bone iesu hanc mihi tenaciter imprime charitatē: uulnera cor meum hac dulcissima charitate ut te solum diligam ex toto corde ex tota aīa ex tota uirtute toto desiderio & ex tota affectione. In hoc solo oīs mea dirigatur cogitatio: omnis meditatio feratur: cætera carnis desideria amoue me dulcis iesu ut solum te toto corde exquiram desideret te anima mea in nocte sed & spiritu meo & ī præcordiis meis de mane uigilet ad te. Sitit enim anima mea ad te deum fontem uiuum. qñ ue.

niam & apparebo ante faciem tuam. At quem non ambigo clemētissime dn̄e quasi te dilexero ut tuis discipulis dixisti diligat & ego a p̄re tuo. Tuq; & pater ad me uenietis & apud me mansionē facietis. Et quid amplius uolo quid plus cupio q̄ ut īhabitet ī me iesus meus. O me felicem si dicere possem digne Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi īter ubera mea cōmorabitur. Si dulcibus amplexibus astringere ualeā dilectū meum eq̄dem tenerē nec dimitterē eū. Heu piissime dn̄e: ure renes meos & cor meum ut hac feruentissima ardens charitate te solum querā iesum xp̄m qui pro me crucifigi & mori uoluisti tua uehementissima charitate.

¶ Meditatio de recessu dn̄i iesu a cenaculo post cenam & ascensu in monte3 oliueti cum discipulis: & de trina eius oratione facta in orto.



Mos erat benignissimo iesu ad mōtem olivueti qui per miliare hierusalem distabat sæpe illuc causa oratiōis ascendere. Ibi uilla p.° cōpletorio.

aderat nomine gethsemani ubi & fuerat ortus in monte situs in quem piissimus iesus nocturno potissimum tempore solitus erat cum discipulis suis causa orationis intrare. ¶ Heu completa gloriosissima & celebri cena & dulcibus sermonibus cũ discipulis diu prottactis egressus est de cenaculo cum iam nox esset obscura & cõmitantibus eum discipulis gressus dirigit uersus montem prædictum. ¶ Hic conspice o aĩa mea iesum tuum agnum ĩnocentissimum qui ultro uadit ad uictimã. ¶ Intuere & sequentes eum discipulos pauidos gementes & dura trahẽtes suspiria. ¶ O quam dulcibus eloquiis & suauibus monitis putas discipulos ortari nõ desistebat: dum sic proficisceretur. ¶ O quam amaras lachrymas putas fundebant apł i dum dñm & magistrum suum cernebant sic eos dulciter alloquentẽ. Proponebant ut arbitror cuncta quæ fecerat cum eis in cena & uerba quæ dixerat quoq; tradendus ad mortem fuerat ipsa nocte. Conspice ipsos discipulos suspensos stãtes & grãdi auiditate suaues magistri monitis auscultãtes. Pendent omnes ab illo præciosissimo ore dilecti magistri sic dulciter secum cõfabulantis. O dura separatio. O durũ & acerbũ diuortium: iam separabitur benignissimus magister a dilectis discipulis. Quid igitur mirum

si flebiles mesti ac tristes esse debuerant. Nouerant experti q̃ iocundum: q̃ placidum foret cum iesu dilecto morari & eius gratioso frui consortio merito igitur tristabantur ex amissiōe dilecti iesu. O quã lamẽtabiles ut extimo dabãt uoces dicẽtes: magr̃ optime sic relinques nos orphanos liques nos sic desolatos ¶ Et ipse pastor benignissimus eos dulcibus ortabat̃ eloquiis. ¶ Arbitror quoque q̃ ipse misericordissimus dominus ex compassione gementium discipulorum lachrymas continere non ualebat ¶ Adhereas & tu: o anima mea huic præciose caterue & dominum tuum qui pro te uadit ad mortem suspirans & deflens cõmittare dicens. Domine sequar te quocunque ieris paratus sum & ego tecum & in carcerem & in mortem ire. ¶ Sed heu mihi. Tu piissime domine dilectos discipulos armis præmunis spiritualibus & robustos eos efficere satagis. ¶ At impiissimus iudas gentem iudeorum letalibus armis fulcire sollicitus est ut te compræhendant. ¶ Feruent corda discipulorum dum eos sic dulciter alloqueris. ¶ Feruet & domum principis sacerdotum. ¶ Ibi parantur lanceę fustes & gladii accenduntur lanterne & pessimus ille proditor satellites instruit quomodo te capiant ne fallantur. ¶ Iam pro

phete illud impletum est: dedit contra me uo
ces aduersarius dicens. Congregamini & pro
perate ad deuorãdum illum. ¶ O proditor ne
pharie quid fecisti. Tu liquisti sedentem ad mẽ
sam cum discipulis clementissimũ dñm regẽ
celi & terre qui tibi regnum celorum tradere po
terat: ubi sine fine gaudio fruereris eterno: &
diabolũ secutus es qui ad iudeos te duxit qui
te flãmis sulfureis sine requie cruciabit. ¶ Liq
sti preciosum apostolorum cetũ qui a dextris dei sunt
sessuri & iudicaturi duodecim tribus israel & ad
sacerdotũ cœtũ properasti ab ipso dño iudicã
dorum ad penas tartareas & inferni cõtinuos cru
ciatus cum quibus & tu iudicaberis. ¶ Dimisi
sti piũ dñm uerba dulcissima & saluberrimos
monitus disserentem & eorum societatem tu ab
horrens principes adiisti sacerdotum & fune
bria uerba cum eis loquaris. ¶ Remansit beni
gnissimus iesus uerba uite discipulis loquens.
¶ Et tu iterum cum iudeis uerba mortis proffers.
¶ Tractauit dñs iesus cum discipulis de uia sa
lutis habenda. ¶ Et tu cum iudeis ad uiam per
ditiõis accedis. ¶ Sed ueh tibi proditor nequis
sime quia durissimas patieris penas. ¶ Nunc ad
dñm iesum ad ortum cum discipulis suis pro
perantem reuertamur. ¶ Venit ergo iesus cum
discipulis suis & introiens in ortum iussit disci

pulos suos sedere & orare & tres ex eis. s. petrũ
Iacobũ & Iohãnem assumens secum secessit in
partem cumq; simul cum tribus discipulis con
sedisset cepit mestitia affici & totus tristari pa
uidus quoq; fieri & tedere & uelut semine eis
tremula uoce caros discipulos alloqtur Filioli
mei dilecti cõpatimini mihi quia tristis est aĩa
mea usq; ad mortem sed sustinete hic paululũ
& uigilate mecum donec uadam illuc in ora
tione. ¶ Siste hic: o aĩa mea & cum lachryma
rum abundantia huc accede & pio iesu compa
tere sic afflicto conspico ipsum totum mutatũ
facie & faciẽ pallore suffulsam gestantẽ uixq;
ualentem uerba formare. ¶ Et quid ait. Tristis
est aĩa mea usq; ad mortem. ¶ O benignissime
iesu stuporem mihi nõ modicũ ingerunt hæc
uerba. ¶ Quid enim paues. ¶ Quid tristaris.
¶ Vnde tibi hæc mestitia pie dñe. ¶ Paues ne
mori. ¶ Penas formidas q̃s passurus es. ¶ Sed
ad quid aliud in hunc mundum uenisti: o dul
cis dñe & carnem in uirginali utero assumpsi
sti: nisi ut mortem nostram tua morte destrue
res: & saluum faceres quod perierat. ¶ Et quid
tuum nisi & redemptio quæ per tuam faciẽda
est mortem subsequatur. ¶ Si tu mortem refu
gis bone iesu quis pro meo delicto satisfaciet.
¶ Audiui te etiam hac nocte dicẽtem inde q̃d

facis fac citius. ¶ Tunc optabas cito mori: hũc uideris uelle refugere. ¶ Sed credo domine ꝙ tu cum homo esses nostris dignatus subiici pas sionibus mortem naturaliter timens dicebat anima tua .i. pars sensitiua in qua insunt passiones tristis est usq; ad mortem. ¶ Sicq; tunc sola in te loquebatur humanitas. ¶ Tunc solum dura considerans tormenta quæ in tuo præciosissimo corpore fueras perpessurus. ¶ Ausim & quoq; dicere ꝙ cum tu anxie mortem sitires si tibũdo quoq; affectu humani generis fieri optabas redemptionem quam per tuã fieri oportebat mortem. ¶ Longum tibi uidebatur ꝙ tã diu mortis hora protraheretur unde tuam dicebas tristari animam usq; ad mortem .i. quousq; exoptatam non assumeres mortem. ¶ Nõ enim quiescere poteras, donec id exequereris opere quæ compleres. ¶ Hæc igitur tua tristitia uoluntaria erat non coacta cum nihil in te coactum fuerit sicut in nobis passiones existũt ¶ Non igitur paueas bone iesu sed pugna cum diabolo ut mortem tua morte resuscites. ¶ Cõspice quoq; discipulos dum sic loquentem & mestum cernunt magistrum quomodo plorãt suspirant & secum gemunt. ¶ Postquam uero hæc uerba locutus est auulsus est ab ipsis discipulis quantus esset iactus lapidis & positis ge

nibus super terram procidensque in faciem suam orabat dicens. Pater mi omnia tibi possibilia sunt si fieri potest transfer a me calicem istum uerumtamen non mea sed tua uoluntas fiat. ¶ Et post paululum ab oratione surgens ad tres discipulos quos reliquerat est reuersus. Quos cum dormientes inuenisset ait petro. Si mon dormis. ¶ Sic. ¶ Non potuistis una hora uigilare mecum. ¶ Vigilate & orate ut non intretis in temptationem: spiritus quidem promptus est caro autem infirma. ¶ Petrum uero potius increpabat quia præceteris fuerat gloriatus. ¶ Insuper quia inter eos principalis extiterat. ¶ Iterum secundo abiit ad locum alium a loco priori per iactum lapidis similiter distantem orauitque eundem dicens sermonem. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua. ¶ Iterumque ad discipulos rediens inuenit eos dormientes. ¶ Erant enim oculi eorum grauati. ¶ Et ignorabat qd rnderent ei. ¶ Et relictis illis iterum ad locum aliu secessit a pdictis silr elongatum. Orabatque tertio eunde sermone dices. ¶ Factusque in agonia prolixius orabat & factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. ¶ Ex feruore namque orandi & iminentis periculi appræhensione uehementique anxie-

tate sensualitatis quæ ag re permittebatur & pati quod propriũ erat:adeo sibi cor inflāmabatur & corpus ut apertis poris sudor sanguineus & rubicundus afflueret. Tunc angelus de celo apparuit ei in uisione corporali assumpto humano corpore per modũ seruientis consolans eum. Tandē ab oratione surgens iuit ad relictos discipulos & inuenit eos dormientes p̄ tristitia. Et ait illis dormite iam & requiescite sufficit. Surgite & orate ut non intretis in temptationem. Ecce appropinquat hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce appropinquat qui me tradet. Hic imoremur paulisper o anima mea Huc omnis meditatio nostra transferat. Venite huc o cogitationes mee quæ hincinde uagātes discurritis. Recolligatur mens intra seipsam & cogitatum suum omnem iactet in dn̄m iesum. Nam cogitatio mea cōfitebitur tibi bone iesu & reliquie cogitatiōis diem festum agent tibi. Trahe me o pie dn̄e ad ortum ubi eras ut te orantem conspiciam & sic afflicto compatiar. Voca me & dicas: ueni in ortum meum soror mea sponsa. ¶ Festina o aīa mea accedere ad dilectum quia dilectus noster ascendit in ortum suum ad aream aromatis ut ibi pascat in ortis: & lilia colligat. Con

sideremus o aīa mea & meditemur attente cūcta quæ fecit noster iesus : & singulos ruminemus actus minutatimq; scrutemus. ¶ Multa nāq; a pio magistro sumamus exempla. ¶ Vides qūo clementissimus magister dato discipulis suis charitatis & patientie salutaris mandato & disposito eis regno patris sui ad locum proditori notū diuertit cum illis ad montē.s. oliueti ut oret. ¶ Exiturus igitur ad bellum & durum initurus certamē orationis se prius suffragio præmuniuit. ¶ Disce & tu ipsius exemplo: cum arduū quid aggressurus fueris ad orationem prius habere recursum. ¶ Vides quoq; qūo oraturus linquit discipulorum cetum tres tantum secum ducens ut in ore duoℊ uel triū stet omne uerbum & quidem si meministi orātes publico redarguere solitus erat. ¶ Et alibi ascendit ipse solus in mōtem orare. ¶ Tres autem illos uocauit quos & in sua transfiguratione in monte tabor comites habuit ut quibus suam ostenderet gloriam sue quoq; nunc faceret conscios passionis. ¶ Considera insuper qualiter orauit pius iesus & tribus diuersis locis sic & tribus uicibus temptatus fuit. ¶ Ibiq; ut fertur adhuc manent uestigia ecclesiaℊ quæ in ipsis locis postmodum cōstructe fuerunt. ¶ Sed intuere in mitissimo iesu māsuetudinem piam

quia quanto magis appropinquat ad mortem tanto magis ostēdit sui cordis dulcedinem & bonus pastor uigilat super custodiam gregis sui non tantum sibi ipsi intendit ut fratrum obliuiscatur. ¶ O grandis amor uere pius & bonus pastor in finem dilexit eos cum in tāta positus agonia illo modico tempore eo℞ quietē solicitus procurare fuerit attende quoque quō dominus humiliter orat nam flexis genibus & in faciem suam procidens ostendit quippe humilimus dominus habitu corporis humilitatem mentis. ¶ O grādis humilitas quia cū deo equalis existat coeternus prostratus tamē ad terram orat ad patrem ut quilibet homuncio & non suam sed patris fieri postulat uoluntatem. ¶ Sed intuere o anima mea xp̄m iesum orantem factum in agonia & de corpore illo sacratissimo guttas sanguineas emittentē nec sine lachrymis & uiscerum cōmotiōe teneraq; compassione ista consideres & secum lachrymans & suspirans dicas. O delicatissime iesu quanta te cerno anxietate cōpressum ut sudor sanguineus de carne illa sacratissima fluat. ¶ O facies speciosissima in qua desiderant angeli ꝑspicere q̄ rubicunda & madida effecta es quid dicam quid faciā bone iesu. ¶ Equidē cor hēo ferreū & lapideū ut molle fieri nequeat. Ita est

angelica non deest. Insup disce exẽplo pii Iesu patientiam habere si statim nõ exaudiaris. Ipse etenim tribus orauit uicibus anteq̃ ꝯsolationẽ & responsionẽ a patre reciperet. Deniq; cõsidera suauissimũ dñm cum surgit ab oratione ut ad discipulos ueniat: quia uultũ illum angelicum sibi lauat in torrente uel uestibus suis tergit: uenitq; ad discipulos suos & dicit eis: Dormite iam & requiescite: ecce appropinquabit q me tradet. Hæc tu o piissime dñe: ut tibi sic afflicto cõpatiar & te orantẽ imitari ualeam per tuam benignissimã misericordiã mihi ꝑsta.

¶ Meditatio quomodo surgens dñs iesus ab oȓone uenit obuiã Iudæ: & de turbis ueniẽtibus ipm cõprehẽdere: & quomodo captus fuit: & abscisione auriculæ facta per Petrum.



CVm loqueret benignissimus magister cum caris discipulis eosq; de somnolẽtia increparet. Ecce iudas a longe adueniẽs habẽs secum cohortem &

turbã miniſtroꝝ:quã acceperat a principibus
& phariſeis:ſenioꝛib⁹& ſcribis & uerſus ieſum
ꝓperabãt cum gladiis & fuſtib⁹:lanternis & fa
cibus. Ipſe uero ꝓditor antecedebat eos; uerũ
quia ſecũ etiã adduxerat romanoꝝ milites qui
xp̃m nõ cognoſcebãt:quia etiã Iacob⁹ minor
xp̃o in facie oĩno ſimillimus erat:pp qđ ſpecia
liter & frater dñi dicebaẜ. Ideo ne loco benedi
cti Ieſu Iacobũ aut aliũ caperẽt dedit eis ſignũ
dicens. Quẽcũq; oſculatus fuero ipſe eſt tene
te eum & ducite caute; quia ſagax eſt & facile
de manibus ueſtris effugeret. Nouerat quidẽ
qũo ſæpius de manib⁹ eoꝝ pluries ſe abſconde
rat. Ieſus aũt ut eos ad ſe uenićtes aſpexit ꝓceſ
ſit & obuiã eis tẽdit. Tunc ad iudã dirigit ſmo
nem dicẽs. Amice ad qđ ueniſti? Tunc ꝓditor
nequiſſimus ſe amicũ ſimulans ait. Non ſum
ego cũ iſtis armatis ſed more ſolito rediens:te
ſaluto & dico. Aue rabi & oſculatus eſt Ieſum:
ad quem Ieſus:Iuda oſculo filium hoĩs tradis.
Ipſe quippe ꝓditor nepharius ne cum ipſis eſſe
uidereẜ antecedebat eos. Moxq; cum & mini
ſtri ſupueniſſent Ieſus ꝯuerſus ad eos ait. Quẽ
quæritis? At illi reſponderũt:Ieſum Nazarenũ.
Dicit eis Ieſus. Ego ſum. Quo uerbo ꝓlato ſta
tim illi abierũt retrorſum:& ceciderũt in terrã.
Iteꝝ eos iterrogauit. quẽ q̃ritis? Qui & rñderũt

Iesum nazarenū. Et pius Iesus ad eos. Dixi uobis qa ego sū. Si ergo me q̄ritis sinite hos abire ut ipleat̃ s̃mo quē dixit: qa quos dedisti mihi nō pdidi ex eis quēq̄. ¶ Igit̃ iussu piissimi iesu: surgētes pfidi mistri: manus in ip̄m furenti ipetu iniecerūt: & tenuerūt eū. O gens maledicta qūo nō uos terruit tanti miraculi uisio: ut manus retraheretis ab ipso. Tūc discipuli territi uelut amētes uidētes magistrū suū capi dixerūt. Vis ut te adiuuemus: te defensemus: & hos tuos inuasores pcutiamus gladio? Petrus aūt ei⁹ rn̄sum nō expectans: plenus feruor̃ exemit gladiū: & pcussit seruū pontificis cui nomen erat Malchus: & abscidit auriculā eius dexterā. Licet enim iesus Petro & aliis discipulis prius p̄cepisset. Siquis te in unā maxillā pcusserit: p̄be ei alterā: ex sermone tamē quem ip̄e benignus Iesus post cenā fecit. Petrus in tantū amorē exarserat: q̄ de illo p̄cepto nō recolens: magistrū suū gladio defendere satagebat. Ait aūt dominus ad eū. Cōuerte gladiū tuū i locū suū. Oēs n. q accepint gladiū: gladio pibūt. Calicē quē dedit mihi pr̃ nō uis ut bibā illū. An putas q̄ n̄ possū rogare patrē meū & ip̄e exhibebit mihi mō plusq̄ duodeci legiōes āgelorꝝ? Quō ergo ip̄lebūt̃ scripture qa sic optet fieri. Cūq̧ uellēt mistri cōprehēder̃ Petrꝝ ait ill̃ iesus. Sinite usq̧

 (huc & tā-

gens eius auriculam sanauit eum. Conuersus aūt Iesus ad principes sacerdotū et magistratus tēpli & seniores & ad turbā qui ad se uenerant ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cū gladiis & fustib⁹ cōpræhēdere me. quotidie apud uos sedebam docens in tēplo & non me tenuistis. Sed hæc est hora uřa & potestas tenebrarum. Hæc sic breuiter descripsimus o aīa mea circa facti seriē de captura dulcissimi iesu. Núc oīa discutemus paululū & deuote meditemur singula repēsando. si quid fortassis occurrat q̄uo pio iesu cōpati ualeamus. Hoc autē mihi se offert ut tibi cōpatiar o bone iesu q̄ a discipulo sic dolose proditus fueris. qui dux tuus erat & notus tuus qui simul tecū dulces capiebat cibos. Q̄uo hic tacebimus: o aīa mea quin acriter ꝯtra hunc proditorē perfidū insultemus & dure atq̄ asprime inubeamus. O ꝓditor nequissime: ingrate: pertinax & obstinate: fili diaboli: fili ꝑditionis cor hn̄s induratū q̄uo unq̄ ad tantā es deductus uexaniā. Q̄uo adeo seduci potuisti: ut mā̄suetissimum magistrū tuum & dn̄m meum sic turpiter: sic crudeliter traderes. Multa quippe luculēter inspicio: quorum quodlibet de per se sufficere debuerat: ut quamuis prauum & iniquum propositum diabolus seminasset tibi in mente: & ut dn̄m meum traderes sugessisset; resilere ta-

men debueras ab eo quod inique conceperas. O insane & demens tu queris occidere imortalem dñm: qui est ueritas & uita: qui mortificat & uiuificat: deducit ad inferos & reducit: mortem pimere. Dic quæso insensate neq̃. Nõne & tu cum cæteris aderas cum dño iesu qñ puellã defunctam. Quando filiũ reguli. Quãdo Lazarum a mortuis suscitauit. Quãdo leprosos mũdauit. Sanauit paraliticũ. Demoniacos liberauit. Cecũ a natiuitate uidere fecit. Et aliis plurimis uisum restituit. Dic oro potuisset ne hæc signa facere nisi deus cũ illo fuisset. Qũo ex his non dephendebas ꝙ filius dei erat. Vbi eras cũ uniuersam turbã modicis panibus & in paucis piscibus bina uice saturauit. Sed ut hæc prætermittamus qũo non te mouerunt quæ erga te fecit. Recordare impiissime carnifex & ingrate qũo hũilis magister pedes tuos lauit. Quomõ post hoc sacratissimũ suũ corpus & sanguinẽ tibi tradidit sicut & cæteris apl̃is. Attende ingrate & ĩmanissime proditor qũo pius iesus pluries te amonuit ut a prauo resilires proposito. Oñdit namq; se clare cognoscerẽ quod erga ipsum ꝯcepas & modis qbus poterat studebat reuocare dicẽs: primo cũ oẽs lauisset discipulos: uos mũdi estis sed nõ oẽs. Et iteꝝ nõ de oibus uob̃ dico. Ego scio quos elegerim. Itẽ nõne sa

tis tibi indicauit in mẽsa nolens te tamẽ publi
ce arguere cũ ait:unus ex uobis me traditurus
est. Et cũ nec ꝓpter hæc uerba desistere uelles:
restrictius te rephẽdit inquiẽs:unus ex duode
cim:qui intingit mecũ manũ in catino me tra
det cũ forte tunc pauci forẽt qui illo istãti ma
nus intingerẽt. Verũ cum dixit fac citius qđ fa
cturus es:nũquid nõ clare cernebas qũo tui se
creta cordis penitus cognoscebat. Quis eni ni
si deus occulta cordis cognoscere poterat. Sed
o idurate & obstinate ꝓditor non te ista moue
re potuerũt. Sed cur saltẽ nõ te mouit o rabide
canis cũ te accedere uolentẽ ad osculũ oris sui
nõ auertit faciẽ:sed inquit amice ad qd uenisti
Et demũ Iuda osclo filiũ hois tradis Moxq̃ꝫ os
illud delicatissimũ in quo dolꝰ nõ est iuẽtꝰ ori
qđ abũdauit malitia:dulciter applicuit. O ino
cens agne dei:quid tibi & lupo illi? Quæ ꝯuen
tio xp̄i ad belial. O grandis humilitas: excelsa
mãsuetudo:& sũma benignitas mansuetissimi
iesu. Amicũ uocat ꝓditorẽ qui ad ꝑdẽdũ uene
rat. Oia sibi exhibuisti o pie iesu quæ praui cor
dis sui ꝑtinaciã emolire potuissent. Sed scelera
tus ꝓditor lætale osculũ p̄bet dulci magr̃o: q
ip̄m in gehena ignis ꝑpetuo dãnabit. Et qđ pa
cis atq̃ꝫ amiciciæ signũ solet esse in mortis:ac ꝑ
niciei retrorsit signũ. ¶ O dulcissime iesu a me

indignissimo seruo tuo amoue huiusmodi di-
ra mortis oscula:& tua benigna clemētia ꝓbe:
ut dulcia tibi dilectionis & amoris oscula figā:
ut dicer̃ tibi possit aīa mea. Osculeris me: oscu
lo: oris tui. Festina & stude. O aīa mea accede-
re ad osculum dulcis iesu. Sed ad pedes ipsius
prius osculū perge. Nō tibi ille locus uilis: aut
despicibilis: uideat̃ ubi sancta peccatrix pecca-
ta deposuit & induit sanctitatē. Defleas cū ma
ria amare: ad pedes piissimi iesu & de ītimis ui
sceribus longa trahas suspiria. Prosternere ad
ad terrā: o aīa mea miserrima ut desinas esse mi
sera. Amplectere pedes iesu osculis placa: & la
chrymis riga quibus tñ nō illū laues: sed te. Et
fias una de grege tonsaꝶ quæ āscēderunt de la
uacro ut tu merearis audire dimittunt̃ tibi pec
cata tua. Audias quoqꝫ ꝯsurge captiua filia syō
cōsurge excutere de puluere. Eya o aīa mea: cū
ad pedes dñi prociderimus & plorauerimus co
ram dño qui fecit nos: surgamus manus eius
osculātes. Tunc osculabimus manū cum de ac
cepto dono non nobis: sed domino gloriam
exhibemus. Illa quippe manus domini me de
stercore eriget in spem audiendi potiora. Hæc
nunq̃ sunt continentie decor digni penitentiæ
fructus & de iesu dono acquisite uirtutes. Pro
his pietatis operibus gratias agas deo & ma-

num ipsius osculare. Deniq; post hæc duo oscula ad tertiú oris osculú audebis assurgere ad contéplandá .s. conditoris gloriá: quia spiritus ante facié nostrá xp̄s dn̄s cui adherentes in osculo sancto unus spiritus dignatione ipsius efficimur. Tibi dn̄e iesu tibi merito dixit cor meum exquisiuit te facies mea: facié tuá dn̄e requiram. Népe auditá mihi fecisti mane misericordiá tuá cú iacéti primú in puluere tuaq; osculáti ueneráda uestigia quod male uixerá remisisti. Porro in progressu diei letificasti animá serui tui: cú demú in osculo manus ēt bene uiuendi gratiá indulsisti. Et nunc qd restat o bone iesu nisi iam ut in plenitudine lucis in feruore spiritus ad oris quoq; osculú dignáter admittens adimpleas me leticia cú uultu tuo . Indica mihi o suauissime o serenissime: ubi paschas : ubi cubes in meridie ut ad te ueniá: bone iesu: quia tunc satiabor cú apparuerit gloria tua. Hæc de osculo dicta sufficiát. Núc reuertamur ad nr̄m iesum in osculo traditú . Scrutemur insuper: o aīa mea si quid deuotú occurrat quo dn̄o iesu cópati ualeamus. Et quidé nō p̄tereundú uidetur qn̄ feruété Petri notemus amoré . Qui ení dum caperet̄ dn̄s: p̄ cæteris signum dilectionis on̄dit p̄ cæteris est notádus. Quippe de eo dicitur q̄ habens gladium exemit illum & percus-

sii pontificis seruum & absçidit auriculã eius. O priceps gloriose tu quidẽ quia magr̃m tuũ tenerrime diligebas iã certe pic̃lo mortis te exponis. Et ꝙ uerbis ꝓmiseras factis exequeris paratum. s. te in mortẽ: & in carcerẽ ire cũ pio magistro: & animã tuam pro ipso ponere. Heu cõspicis o aĩa mea qũo Petrus diligebat iesum Nõne grandis fuit audacia ueteranum hoiem inermẽ & armoꝝ penitus inexptum aduersus armatã turbã paruulo gladio insultum facere. Petrus quippe ut arbitror cum aurem abscidit Malchi: gladium in eius caput uibrauerat: ut in ipso letale uulnus ĩfligerũt sed fortuitu euenit ut ad aurem gladius ipse descenderet. Et nisi sancitũ fuisset sermonẽ ĩpleri dicentẽ. Quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis queẽꝗ Petrus pro illo excessu in carcerẽ missus & morte dãnatus & forte in eodẽ loco gladio interẽptus esset. Quid queso: o aĩa mea tantã ꝑstabat audaciam Petro nisi amor dilecti magistri. Ferre nequaꝗ̃ poterat ꝙ dilectus magister sic uitupose capet̃ O ꝗ̃ fortis est ut mors dilectio. Sed iam tandẽ ad te renettens sermonẽ: o mitissime iesu oro benignitatẽ tuã amorẽ hunc cordi meo insere ut te toto corde tota mente diligam ut ardenti amoris tui accẽsus desiderio ex corde & aĩo dicere ualeam paratus sum non solum alligari

sed & mori in Hierusalem pro nomine domi ni iesu qui est benedictus in secula.

¶ Meditatio quō dn̄s Jesus captus ⁊ ligatus ductus est ad domū Annæ: vbi allapa percussus fuit: ⁊ quomodo discipuli omnes fugierunt.



POstq̄ nephā dissimus pro ditor piū ma gistrū letali saluta uit osc'lo. Mox mi nistri iudeoꝝ q ue nerāt ut iesum cō præhenderent ma nus iniecētes in māsuetissimū iesum tenuerūt & ligauerūt eū. Et qdē nō ultra euāgelium loquit̄ nisi ꝙ ligauerūt eū. Sed pium erit atq; de uotū cogitare: q̄ crudeliter q̄ ignominiose ab impiis satellitibus ligatus extiterit. Huc igit̄ accede o aīa mea & itimo cordis dolor̄ lachry marūq; ꝓfluuio: & tenera cōpassione ista me ditare cōpatiens benigno iesu q tot ꝯuitia tot uerbera pro te sustinuit. Hic nāq; cepe afflictio nes & uerbera iferi illo preciosissimo corpori quæ & tota nocte hac sibi minime defuerūt. O

dulcissime iesu edissere mihi cõtumelias & terrores quos passus es ab impiis illis cum te cõpræhẽderunt. Eqdẽ iniqui isurrexerunt sup te & synagoga potentiũ: quesierunt aiam tuã & nõ ꝓposuerunt deum in ꝯspectu suo. Crede o aia mea ꝙ cum pfidis illis data fuit licẽtia a mitissimo iesu. Oẽs ipetu furẽti irruerunt in eum Circundederũt eum sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis circũdederũt eũ simul. ¶Traditus est & nõ egrediebaſ: oculi sui languerũt præ iopia. Cõspice deuote & nõ sine lachrymis o aia mea q̃uo furẽter irruẽtes in eũ uenerãdũ illud corpus nephãdis manibꝰ appræhẽderũt. Alius quidẽ uestimenti fimbriã cõpræhendit. Alius tenet p̃ciosa illa brachia. Alius isultat in collũ illud eburneum. Alius fulgidos pcrensat crines. Nec mora timentes ne ex eoꝝ fugeret manibꝰ paratã cathenã ueluti thauro idomito ad macellũ trahẽdo collo illo delicatissimo in iecerũt manus quoqꝫ p̃ciosas dura chorda post tergũ ligantes. O agne mãsuetissime. O ouis patientissima q̃ imaniter q̃ crudeliter ut latro tractaris. Quis unquam publicus stratilata: sic dire & ignominiose tractatus est. Sed credo ꝙ acriora superaddidere sceui carnifices. Certo quippe Canes illos rabidos sic ligatum: trahentes benignissimum iesum impetu furi-

bũdo:si fortassis ut optabant nõ celeri ꝑperabat gressu. Alios uideo sequẽtes eum & fustes uibrantes in terga. Alios post ip̃m in pedes & dorsum iactãtes lapides. Nõnullos quoqȝ lutũ ac puluerẽ in uenerãdã faciẽ ꝯuitientes. Alios pugnis & alapis totũ illud corpus p̃ciosissimũ cõtundẽtes. Quid ꝑ multa uagor. Oẽs isimul clamorosis ululatibꝰ ꝯuitia inferebãt:& insano succẽsi feruore:& uerberibꝰ obprobria cumulãtes post se trahunt inocẽtissimũ agnũ. O qualis cõpassio nõ sine magnis ploratibꝰ referẽda. Videre pium iesum imaculatũ agnũ quomõ duciꝰ ab illis neqssimis de torrẽte sursum uersus Hierusalẽ festinãtes:& cum impetu uehemẽti manibꝰ ligatis cathena collo imposita exclamidatus tunica nõ curiosa succinctus. capite discopertus:& curuus fatigatione & uehementi acceleratione accedẽs sic duciꝰ sic attrahiꝰ dñs meus mitissimus uelut inocẽs ouicula inter famelicos lupos posita& obmutescẽs ac patiẽter ferrens oia quecũqȝ uolebãt:& humiliter sequebaꝰ O dulcissime iesu qd fecisti qd meruisti:ut ista portares. Certe tu nil ꝯmisisti dñe nisi ꝙ nimis amasti ꝑpter me dñe hæc oĩa substulisti. Ego ille sum qui tantoꝝ tormẽtoꝝ causa exti ti. Peccauit iniquus:& iustus puniꝰ:deliqt reus & innocens tormentaꝰ. Offendit impius & dã

naꝛ pius. O amantissime dn̄e ego comedi uuā acerbā & dentes tui obstupuerunt. Ego scelus ꝑpetraui & tu pœnas exsoluisti. Erubesce igiꝛ o aīa mea plāge & dole & lachrymis te macta quia ingrata es & īmemor tātæ dilectionis. O bone iesu quid tibi pro tātis retribuā. Nihil habeo dn̄e delictum meum cognitum tibi feci & iniustitiā meā non abscondi. Sed tu liberalissime dn̄e supple quod ingratitudini meæ deest. Et qui solus potes id efficere gratum facias seruulum tuū in te sperātē & de tua misericordia confidentē. At nunc ꝓsequamur ulterius o aīa mea: Ecce dum pius iesus sic ligatus ducitꝛ: oēs eius discipuli territi & de se timētes relicto suo dn̄o & magistro dilecto fugierunt. Vere tunc dicere poteras o dulcissime iesu Qui uidebant me foras fugierunt a me: obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde. Et iterū elongasti a me amicum & ꝓximū & notos meos a miseria. uerificatū est quod ꝓpheta ille p̄dixerat. Omnes amici mei dereliquerunt me & p̄ualuerunt insidiantes mihi. Tradidit me quem diligebam & terribilibus oculis plaga ꝑcutiens aceto potabant me. Tu sic solus relictus es benigne domine: & qui iuxta te erant de longe steterunt. Cōsidera hic o aīa mea discipulos fugiētes & errātes dolentes & mestos. Meditare quoq; dolen-

tia uerba: quæ dicebant cum Dominum, suum dilectissimum cernerent ad mortem duci. O quales gemitus: quanta suspiria: quantos clamores: quot lachrymas insimul efferebant. Et sic clamantes: & tristes ad cenaculum ubi cenati fuerant rediere. Adolescens autem quidam: qui ut communiter tenetur: erat discipulus dilectus Iohannes sequebatur iesum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Postea ad se reuersus rediit: & nolens pium Magistrum deserere: Sequebatur eum. Petrus quoque ipsum Dominum sequebatur a longe: & ille discipulus usque in atrium principis sacerdotum: scilicet Annæ: in quod Dominum Iesum ligatum duxerunt. Et quia discipulus ille notus erat pontifici introiuit in atrium. Petrus uero extra remansit: & stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille: & rogauit ostiariam: ut admitteret intus Petrum: quæ eius præcibus eum introduxit. ¶ Vides o anima mea quomodo hii discipuli dominum suum diligebant. Et quidem ualde dilexit Iohannes: qui licet territus in primo insultu uestes dimiserit nihilominus rediit: & usque ad sepulchrum dominum non dereliquit: Petrus uero & si in ini-

tio, magna ausus fuisset: ut auriculam abscideret territus tamẽ uoce ancillæ de atrio recessit: nec amplius rediit: nisi post resurrectionem: Petrus igitur cum in atrio esset & uidisset eum dixit ad eum. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius. Qui respondit negans: Mulier nescio quid dicis. Hicque Petri prima negatio inchoata est. Nunc ad nostrum iesum ligatum reuertamur qui a iudeis nequissimis Annæ pontifici præsentatur: de cõsensu forsitan Cayphæ aut quia sic eis occurrit cum ante domum ipsius transitum facerent: uel ut ipsum strictius ligarent. Erat autẽ Anna socer Cayphæ qui erat pontifex illius anni. Nunc intuere: o anima mea deuote agnum innocentissimum stãtem rectis pedibus: & dimissis oculis coram pontifice. Pontifex igitur interrogauit eum & de discipulis suis & de doctrina eius. At pius iesus de discipulis nil respondit quia ab ipso fugierant. Et id solum dicere poterat. Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filiis matris meæ. De secundo uerbo respondit. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in Synagoga: in templo in quo iudei conueniũt: & ĩ occulto locut⁹ sum nihil Quid me ĩterrogas. Interroga eos qui audierũt quid lo-

hora matutina.

cutus sum ipsis. Ecce hii sciunt quid dixerim ego. Hæc autem cum dixisset unus assistēs ministrorum Malchus .s. cui abscisam auriculam restituerat dedit alapam iesu dicens. Sic respondes pōtifici. ¶ Attende hic o anima mea & nō sine lachrymis prætereas ictum istum in faciē dulcis iesu datum & ipsius mirabilem considera pietatem: Nō enim ex hac percussione ad exasperationem perductus extitit: uel ad iram nō uerbis aut signis cōmotum se fore monstrauit Non est mente turbatus nec iniurianti sibi aduersum aliquid euenire optauit: sed patientissimus agnus humiliter respōdit dicēs uoce submissa & dulcissima. Amice si male locut⁹ sum testimonium perhibe de malo: si aūt bene qd me cedis. O quāta fuit patientia tua bone iesu in oībus semp usq; ad mortem. Non sic respōdit pius iesus ut illatā sibi iniuriam moleste ferret: sed ad sui iniuriantis correctionem: & licet mādauerit ipse percutienti unā maxillā: alterā debere præberi: nō uoluit ut facto sic fieret: sed ut paratus exhibeatur animus ad sustinendum percussionē in alterā si cōtingat. Sed o impiissime carnifex & recepti beneficii imemor & ingratus. Equidem si nosces quem in faciem percussisti tu ipse seuerus ultor existeres: & manū ipsam facinoris huius auctricē igne cremares.

Ecce o dulcis iesu quāta mihi se offerunt ut tibi cōpatiar quæ pro me portasti. Sic ꝑ me turpiter captus ligatus: attractus: afflictus: & concussus. Sed præcor te bone Iesu: ut sicut ꝑ mei amore captuum te præbuisti iudæis. Ita tribue mihi ut oēs sensus meos captiuem in obsequium tuum: ut iuxta apl̄um in captiuitatem redigam, omnem intellectum in obsequium tuū.

¶ Meditatio qūo dn̄s iesus a domo Annæ ad domuȝ Cayphæ ductus est. Et de derisionibus: conuitijs ꝛ flagellis sibi. Ibidem illatis per iudæos.



EXpergiscere nūc o anima mea: excute torporē pelle segnitiem omnem: & totam te conuerte ad dulcissimum iesum tuum despectum: & irrisum afflictum & flagellatum. Quomō decetero sine tristitia poteris manere: quia deinceps in languoribus: & afflictionibus: uerberibus & conuitiis reperies dn̄m deum tuum. Nā fuit flagellatus tota die & castigatio sua in matutinis. Caligent ergo

oculi tui a fletu nec taceat pupilla oculoꝝ tuo rum:ſed cõtinue exitus aquarũ deducant oculi tui Recedant igiť multiformes cogitationes & uaria fantaſmata quibus mens diſtrahiť: O benigniſſime dñe ieſu & in ſeipſa conſiſtens tota reflectať ad te.Cogitet cõtumelias conuitia & uerbera quæ in manibus impioꝝ poſitus ſacerdotum tãq̃ ouis inter urſos & leones cõſtituta perpeſſus es.Et præbe dulcis dñe ut dum hæc mente reuoluo:totus in meipſo deficiam & tibi compatiens ſic afflicto dolore languea͂.Deniq; meditemur deuotæ o aĩa mea qũo pius ieſus dũ alapa in domo Annæ ꝑcuſſus fuiſſet miſit eũ Annas ligatũ ad Caypha͂ pontificẽ. Nũc igiť ꝯſpice:dum agnus innocẽtiſſimus per truculentos illos carnifices manibus ligatus:& cathena in collo cõnexa duceręť ſæui illi pontifices & phariſei ibidem cõgregati tanq̃ famelici canes:carnibus piiſſimi ieſu ſaturari cupientes irruentes in eum impetu furenti:cum ibi adductus fuiſſet manibus & pedibus. Impellẽtes ſũmo ſacerdoti reſidenti ſup põtificali ſolio præſentarunt.¶ Nunc intuere o aĩa mea dilectum tuũ ceruleo capite oculis in terra͂ dimiſſis pedibus ſuis aſtantẽ:ligatis manibus cora͂ pontifice conſtitutum ſcribaꝝ & phariſeoꝝ turba copioſa uallatum clamitant oẽs fremit turba illa

sæuissima multa sibi falsa obiicientes. Insurre-
xerunt in eum testes iniqui:& mentita est iniq
tas sibi. Cũq multi testes cõtra ip̃m multa de-
ponerent:& cõuenientia testimonia non existe
rẽt:Nouissime duo uenerũt testes dicẽtes. Nos
audiuimus eum dicentẽ : possum destruere tẽ-
plũ dei & post triduũ illud rehedificare . Oẽs
quoq simul clamorosis uocibus uelut leones
in ouiculam rugientes:& uerba contumeliosa
iactantes:impetum in eum unanimiter facie-
bant. Dicere quidem potes o dñe iesu quod de
te ꝓpheta dixit:Tradiderunt me in manibꝰ im
pioꝝ:& inter iniquos proiecerunt me & nõ pe
percerunt animæ meæ:Cõgregati sunt aduer-
sum me fortes:& sicut gygantes steterunt con
tra me. ¶ O mira patientia mãsuetissimi agni.
Nam surdus in oĩbus obmutescit : ob cuius ta
citurnitatem indignatus summus sacerdos in-
uehens in eum:& surgens dixit. Nihil respon
des ad ea quæ tibi obiiciuntur ab hiis. ¶ Atten
de o anima mea grandem dulcis iesu mãsuetu
dinem:Vide q̃ patienter q̃ humillime cõtra ob
latrantes canes seruat silentium : nec uerbum
respondet. Sed uelut homo non audiẽs & nõ
habens in ore suo redargutiones. Quæ falso ei
obiiciuntur humiliter sustinet : nec respondit
quicq̃:quia eos nequaquam dignos sua respõ.

sione putauit. Tunc canes illi ferocissimi ex taciturnitate iesu magis exardescentes ex furore: & ad iracundiam concitati impetuosis clamoribus in ipsum irruebant. O quotiens ut arbitror in hæc contumeliosa uel similia prorumpebant uerba. Non habes linguam o latro impiissime. En mut⁹ & e linguis effectus es. Quo nunc abiit tua crebra loquacitas: qua turbas tibi fauentes & populos sequentes per templa: uicos & compita imbuebas. Tunc multū loquax & clamorosus extiteras cum turbæ sequebantur te: & eas per ciuitates & castella & loca deserta ducebas. Nunquid nō tu ille es qui populis in templo prolixos edisserēs sermones nos phariseos legis doctores & principes: sic audacter: sic temere arguebas: nos uocans hypocritas & multiplicia inferens obprobria: ecce nūc tibi digna præmia repēdimus. Iam etenim nō sunt indoctæ turbæ & rudes homuntiones in quibus habebas fiduciam: quosq; tuis blandis ac subdolis sermonibus seducebas. Hæc uerba & alia q̃plurima similia & acriora in agnū mā suetissimū coniicientes facta uerbis addebant. Et uelut amentes furēti impetu manibus & pedibus in ipsum insiliebant. Circundantes circū dederunt eum & uerberibus obprobria cumulabant. Alii quidē dextras eleuātes omni quo

poterant conatu uenerãdam illam & sacratissi mam faciem contundebãt. Alii colaphis eum cedebant & collum suum speciosum percutie bant. O miranda domini mei derisio. Solent quidem in collo percuti fatui & despectabiles personæ. Ad maius igitur derisum: benedictũ iesum in collo cedebant. Alii uero immundis simis sputis uultum angelicum deturpabant: Nec solum simplicibus saliue sputis: sed execra tionibus suis fetidissimis. O res horrida dictu. Quid turpius. Quid despectius q̃ in faciem ex puere. Illam sane faciem in quam desiderãt an geli prospicere. Iam impletum in eo apparet il lud prophete uaticinium. Faciem meam non auerti a confusione sputorum. Præhendebãt alii crines illos conspicuos ab humeris uentilãtes & barbam fulgentissimam atq; excute illa præ ciosa & splendidis gẽnis euellebant. Alii totũ corpus hincinde trahebãt & ad omnem uersã tes partem. Nunc sursum leuabant nunc deor sum præcipitabant. Modo uero pedibus ac pu gnis totum concutientes in terram deiiciebãt. Inuehunt certatim in eo omnes uelut imites lupi in ouem mitissimam: & uerberibus igno miniosa uerba miscentes: totum fatigãt: & sau ciant totum gloriosum corpus. Nonunq̃ uero ipsum in sede reponunt superposito uelo ocu.

los praeciosos tegūt:& dantes in eius faciē duriſſimas alapas inquinnt. Prophetiza nobis o christe qui ꝓpheta a gētibus uocabaris quis est qui te pcussit. Crede quidē ꝙ saepius ex uehemētibus palmaꝝ ictibus nunc ex ore nunc ex naribus delicatis uiolentum sanguinē euomebat. O dulcissime iesu q̄ acerba q̄ terrifica sunt ista quae audio. Heu mihi pie iesu: Cur nō totus deficio Cur nō deficit aīa mea in dolore:& oculi mei in gemitibus dum ista ptracto. Venite lachrymae meae ab intimo cordis fonte:defluite obruite oculos meos uestro imbre copioso. O cor meum lapideum cur non scinderis. Heu me miseꝝ quia dn̄s meus innocēs pro me culpabili tot portat obprobria:& ego igratissim⁹ nequaq̄ eidem cōpatior. Misere mihi clementissime dn̄e quia oīa ista cōsidero:mēte saepius uerso:sed prae inopia dilectionis non sentio: & prae ariditate non gusto. Vulnera igit̄ cor meū pie iesu ut tecum doleā:tecum cōtrister: & tibi cōpatiar. Ecce enim tibi merito cōpatiendum fateor. Quid enim fecisti:quid meruisti:ut tot cōtumelias patiaris. Tu es factus derisio & obprobrium hoīum & abiectio plebis. A saeculo nō est auditum ꝙ nephandus homo aut sceleratissimus quisq̄ sic uiliter tractaretur. Et quare dulcis dn̄e tāta sustines. Nempe pro me. Quid

Igit tibi retribuā pro oībus quæ fecisti mihi. Veh mihi ingratissimo: Nam ego deliqui & tu tormētis subiiceris. ꝑpetraui delictum & tu pœnas luis. Ego sup̄bus fui & tu humiliaris. Ego fruor delitiis: & tu totus uerberibus & cōuitiis cruciaris. Heu me infelicissimū. Cur nō plāgo. Cur non pectus manibus pulso: & singultibus rumpor. De te enim audio pie dn̄e tot & tanta quibus quidē cōpassione deberent saxa moueri. Sed miserere mihi bone Iesu & adiuua infirmitatem meam: & adauge exiguitatem doloris mei. Sed iam ad nostrum bn̄dictum iesum in manibus fremētium & rabidorꝫ canum positum reuertamur. Vbi igitur sceuissimi sacerdotes iam satures de carnibus patiētissimi iesu fuere lassati: dixerūt adinuicē. Quid de hoc homine faciemus. Magna adhuc pars nocturni tēporis superest. Si libet unusquisqꝫ ad domos redeamus ꝓprias quousqꝫ dies illucescere ceperit & singuli mēte recogitent qua pœna hunc feriamus maleficum. Tunc aliqui ex ministris armatis aduocantes mitissimum iesum: totum afflictum: totum squallentem: & palidum ac liuoribus saucium in opaco: & teterrimo carcere in parte domus inferiori reponi mandauerunt: atqꝫ ad catomniam quandam reste tenacissima fortiter colligari. Nonnullos quo-

quoq; ex illis diris carnificibus ad eius deputa-
uerunt cuſtodiam. Hiſq; peractis unuſquiſq; ad
propria rediere. Heu heu bone ieſu quia poſue
runt te in lacu inferiori: in tenebroſis & umbra
mortis. O quales ſermones putas fuerāt quos
abeuntes illi crudeliſſimi ad inuicem loquebā
tur nunc diuiſi nunc inſimul iuncti bini aut ter
ni. Equidem ut arbitror funerei & lætales fue-
rant ſmones de perimēdo. ſ. dñm ieſum. Hoc
intra ſe ſolūmodo cogitabāt. Hæc eorum col
loquia erant. Obliti erant ſomni & quietis. Tā
ta erat perdendi cupiditas ut labor eis nō eſſet
noctem illam inſomnē protrahere. Sed hic ſi-
ſte o anima mea & cum magna cordis cōpaſſi
one & effuſione lachrymarum uberrima con-
ſpice dilectiſſimum ieſum tuum ad columnam
ligatum manibuſq; poſt tergum ligatis ſuper
frigida & humenti terra. Intuere faciem illam
ſanctiſſimam ſputis & puluere deturpatā. Cir-
cuierunt illum canes illi ſpurcidiſſimi ad eius
cuſtodiam poſiti ipſum multipliciter deriden
tes & conuitiis exagitantes. Solent namq; ta-
les utpote uini potatores ſimilia facere. Et nūc
illud pſalmiſtæ impletū eſt. Aduerſum me lo-
quebantur qui ſedebant in porta: & in me pſal
lebant qui bibebāt uinum. O dulcis ieſu in cō
ſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant te. Impro

perium expectauit cor tuum & miseriam. Cō
sideraq́ȝ o anima mea in his obprobriis domi-
num uerecundum & in derisionibus ac afflicti
onibus patientem uultum semper missum ad
terram habentem & silentem ad omnia tanq̄
uere esset depræhensus in culpa & mira cordis
contritione compatere benigno iesu. O bone
iesu o benignissime dn̄e quātis te afflictionib⁹
& cōtumeliis oppressum cerno attritum & cō
cussum ex pugnis & colaphis & præ dolore &
somno caput erectum tenere nō ualentem sed
inclinantē nec habentē ubi reclinet. O dulcis
iesu trahe me ad te ut quiescat caput tuū super
humerum meum iesu suauissime: qui sic blasse
mari & conspui & derideri uoluisti: tribue mi
hi: ut tui amoris igne accensus flagellari & mo
ri pro tui nominis gloria non formidem.

¶ Meditatio de trina Petri abnegatione facta in domo Cayphæ: & de ei⁹ fletu pro dicta negatione.

NVnc diuertamus ad Petrum stantem in
atrio pontificis. Dum pius iesus conui
tiis & uerberibus affligeretur. Dū enim
ipse dn̄s iesus a domo Annæ ad domum Cay
phæ ducere secuti sunt eū Petrus & alius disci
pulus qui & huic pōtifici simil'r notus erat: qq̄

Petrum introduxit. Cum igitur Petrus staret deorsum in atrio cum ministris ad ignem: uidissetque eum ancilla quædã ait hiis qui ibi aderant. Et hic erat cũ iesu nazareno. Statimque ali⁹ homo ibi existens subiunxit. Vere & tu de illis es. Petrus uero respondit cum iuramento quia nõ nouerat homiem. Et mox gallus cantauit. Hæcque secũda negatio Petri. Post puxillum uero interuallo facto quasi unius hore accesserũt qui stabãt & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es. Nam & galileus es: & loquela tua te manifestũ facit. Dixit unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: non ego te uidi in orto cum illo. Petrus uero tunc cepit detestari anathematizare & iurarẽ quia nescio hoiem iustum quem dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquẽte cantauit gallus. Dominus uero qui sursum erat in manibus impiorum conuersus deorsum respexit Petrum. Tunc recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei iesus: & egressus foras fleuit amare. Nunc prædicta omĩa de Petro singulariter discutiamus. Cõsidera o aĩa mea feruẽtem Petri amorem: & eius fragilitatẽ. Vere eqdẽ suũ dñm diligebat qa se paratũ secũ offerebat ire ĩ carcerẽ & in mortẽ & amoris stimulat⁹ ardore mortis submisit piculo cũ abscidit auriculã serui. Vide quoque grãde dile-

ctionis indicium:quia cum cæteri fugerent ipse cum alio discipulo sequebatur eũ licet a longe. Sed tñ unius mulieris uoce pterritus negauit magistrũ. Vnde hoc. non aliunde arbitror: nisi ꝙ primo cum magna audebat:cum suo iesu erat. & ideo grandia præsumebat. Sed cum ab eo extitit separatus decreuit calor ille:quod patet:quia ad ignem stabat. Deficiente namq; calore intrinseco ad extrinsecum se uertebat. Dum sui præsentia fruebatur & nihil habebat molestum multa ꝓsumebat. Ingressus uero domum põtificis ubi flagella & tribulationes inferebantur oẽs amisit uires. Disce & tu o aĩa mea exẽplo Petri iesum ferũeti amore diligere sic tñ ut quodcũq; tribulẽtum emerserit nõ te separet ab amore dilecti iesu. Sed dicas cũ apostolo. Quis me sepabit a charitate xp̃i. Tribulatio an angustia:an psecutio:an fames. Paratus sum nõ solum alligari sed & mori in hierusalẽ pro noie dñi iesu. Disce quoq; exẽplo Petri uõ sic ꝓsumere de dñi gratia cum ad nutum cũcta successerint ne accedente tẽtationis nube refrigescat in te ignis amoris iesu. Quãdiu enim tibi spirat afflatus pii iesu:ꝗdiu adest deuotio sic suscipe gratiam:sic delectare in eam. ut tamen non te existimes domum dei iure hæreditario possidere:ne cum forte subito retraxerit donũ

tu animo cōcidas & tristior q̄ oportet fias. Nec dixeris in habundantia tua non mouebor in eternum ne cum gemitu cogaris postea dicere Auertisti faciem tuā a me & factus sum conturbatus. Sed ut ait sapiens in die maloꝶ non immemor sis bonoꝶ. Verum cum te torpore uel accidia: uel tedio affici senseris noli ꝓpterea diffidere sed acclama ad deum cum defecerit uirtus mea ne me derelinquas. Quod si tua infirmitate pium iesum negaueris plange cū Petro & rememorās passionem dilectissimi magistri & reatum tuum egredere foras amarissime deflens si qn̄ te respiciat qui Petrum lachrymantem respexit. Quiesce dole lachrymare & disce cum Petro flere amare. Et si uis mereri ueniā dilue lachrymis tuam culpam. Gemine quoq; amarificationis. s. cōtritionis pro te & cōpassionis ad xp̄m inebrieris absinthio ut expiatus cū Petro: a reatu sceleris replearis cum Petro spiritu sanctitatis. Sed attende aīa mea ubi Petrus negauit iesum quia in atrio principis & inter multitudines ministroꝶ. Cū uero flere uoluit exiit foras quia inter impios penitentiā agere non ualebat. Disce & tu exēplo Petri cū lachrymis uacare uolueris locum secretū quærere & a turba secedere. Nunc igit̄ deuotæ intuere aīa mea Petrum cum exiit de atrio & uadit ad lo

Nota.

cum seu ad foueam quæ modo galicantus uocatur ibiq; ex cordis amaritudine deflet: ubi & in memoria fletus sui hedificata est ecclesia sancti Petri qui locus est inter montē syon & ciuitatem Hierusalē. Et ex tunc Petrus traxit in cōsuetudine ut singulis noctibus surgēs a primo gallorum cantu usq; ad horam matutinā in oratione psisteret pro hac negatione cōtinue plorans ita ut facies eius ex fletu lachrymarum uideretur adusta: semperq; in sinu suo sudarium deferebat quo flētes tergebat lachrymas. Quotiēs & gallum cantantem audiebat aut cum xpi negatio in memoriā ueniebat lachrymas cōtinere non ualebat. Flebat itaq; non tam pro peccato negationis q̄ pro dulcedine sui iesu. Flebat non ppter penam sed quia dilectum negauerat quod oi molesto molestius ei fuerat. O quam sæpius ut arbitror flebat cum recogitabat bona quæ sibi dn̄s fecerat. Vides quoq; quia suo intuitu dn̄s Petrum prouocauit ad lachrymas Nec mirum quia oculi dn̄i uelut flāma ignis oculi uero Petri erant ut glacies. O beati oculi tui bone iesu qui sic calefaciunt cor frigidum: & in amorem tuum accēdunt: illuminantq; ut uideat homo errorem suum. O quam cito gelicidium pectoris liquefaciūt: & in aquas amaritudinis atque deuotionis uertunt. O beni

Nota.

gniſſime ieſu. O miſericordiſſime dñe miſere re mei q pluries te ꝑcaciter negaui uoluntate uerbo uel facto. Reſpiciat me q̄ſo te o dulcis ie ſu oculus tuus q te totiēs ad uocē ancille ꝑca cis. ſ. carnis meæ: prauis opibus ꝯfectibuſq; ne gaui. Miſerere mei ſuauiſſime ieſu: qm̄ infir mus ſum me domine qm̄ infirmata ſunt oſſa mea. Erige me domine labentem niſi etenim me reſpexeris cum cecidi ſurgere non ualeo. Sine te nihil poſſum nam & tu ſolus erigis eli ſos. Reſpice igitur in me & miſerere mei quia unicus & pauper ſum ego nec auertas faciem tuam a me ſed oculi tui in me pauperem reſpi ciant. Si enim hoc feceris pie domine ad me re uerſus plangam quod erga te cōmiſi & per tu am ampliſſimam miſericordiam miſereberis infirmitati meæ & diriges me in ſemitam re ctam meque exequi facies quod tue placitum fuerit uoluntati.

Nota

¶ Meditatio qūo pōtifices ſūmo ma ne ducētes Jeſum in ſuū ꝯſiliū multipli cia eidem cōuitia intulerunt. Et poſtea præſentantes eum pilato multipliciter accuſarunt quomodoq; pilatus Jeſu; ad Herodem miſit a quo ſpretus eſt & fatuus reputatus.



QVi paululũ digressi sum⁹ in Petri negatione nunc reuertamur ad piũ iesũ ad colũnã ligatũ. Sic igĩ mãsit. Ibidẽ pius iesus usq; ad diei diluculũ: illucescente uero die prout sancitũ fuerat canes famelici: ad domum Caiphæ rediere & in loco ubi celebrabant ꝯciliũ una cum Caypha qui ꝯcilio præerat. Cõuenerũtq; & inter se lõgis hitis sermonibus oẽs una uoce eũ pimendũ fore sanxerũt Moxq; accersitis nõnullis ex satellitib⁹ illis in suũ ꝯsiliũ pius iesus iubeĩ adduci. Nũc intuere o aĩa mea qũo furibũde ab illis nequissimis trahiĩ nr̃ iesus & eoꝝ pñtaĩ ꝯspectui o suauissime iesu qũo despiceris qũo uilificaris ꝓh dolor sedet impioꝝ pontificũ turba & dominus meus stat suis pedibus ante eos. Sedent spurcidissimi peccatores & uilissime creature & dñs rex celi & terre & creator omniũ stat rectus in pedibus Residẽt in sedibus serui & mercẽnarii & dominus eoꝝ ac totius mũdi propriis pedibus sustẽtatur. O quãta est hũilitas tua benigne iesu. Interrogatur igitur ab eis benedictus Iesus. Dic

hom prime.

nobis si filius dei es. Quibus pius iesus eorum subdolas cogitationes noscens humili uoce respondit. Si uobis dixero non credetis mihi: si autem interrogauero non respondebitis mihi neq; dimittetis. Tunc illi dixerunt. Tu ergo es filius dei. Quibus rñdit iesus. uos dicitis quia ego sum non aũt ego. Princeps uero sacerdotum: quia clare eis non respondebat uehæmenti impetu surgens de solio sic loquitur dicens. Adiuro te p deum uiuum ut dicas nobis: si tu es xp̃s filius dei benedicti. Pius uero iesus diutius nollens silere respõdit ego sum: & filium hominis uidebitis sedentem a dextris uirtutis dei & uenientẽ in nubibus celi. Tunc princeps scidit uestimẽta sua dicens: blassemauit. Quid uobis uidet̃. Illi uero impetũ unanimiter faciẽtes in eum manibus & pedibus ac pugnis percutientes eundem crines trahẽtes & alapas cumulantes una uoce clamauerũt. Reus est mortis. Tollatur oĩs mora & uinctus ducat̃ ad Pilatum qui eum cruce suspendat. Fit clamor ualidus & tota domus Cayphæ clangoribus & rugitibus repletur. Ducitur agnus mitissimus extra cõsilium. Currunt certatim ministri & serui qui foris aderant & oẽs in illum insiliunt uerba uerbis addẽtes. O benignissime iesu habeo unde tibi merito cõpatiar. Ingratitudinẽ meã

ala ludi bria xp̃i

arguere potes & dicere. Quoniā ꝓpter te susti
nui obprobrium: operuit ꝯfusio faciem meam
Et sustinui qui simul ꝯtristaret̃ & non fuit & q
cōsolaret̃ & nō inueni. Attrahit̃ ergo dn̄s me
ad prætorium Pilati: præcedunt pontifices: &
crudeles ministri ligatum funibus uiolēter tra
hūt. Iam uolat fama per urbem captum esse ꝓ
phetā qui dicit̃ xp̄us. Currunt oēs rudes indo
cti & simplices nobiles & ignobiles mares &
fœminæ ad tam grāde spectaculum. Cōuocāt
sacerdotes minores plebeos & uulgus ineptū
& in eoꝝ susurrant auribus suadentq; ut interi
tum petant dulcissimi iesu. Plebs aūt indocta
quæ prius ipsum ut ꝓphetā uenerabat̃ facile se
ducit̃ & maioribus annuūt. Nunc ꝯsidera dum
sic attraheretur benignus iesus ecce mater eius
dulcissima dn̄a gloriosa cui p apl̄os qui fuge
rant cum iesus caperet̃ ea quæ gesta fuerant in
notuerant. Aduenit ergo mater sanctissima cū
maria magdalena & aliis mulieribus. Cūq; sic
uiliter aspiceret attrahi natū suum non noscēs
eū cū foret uultu palidus facie deturpatus & la
niatos gestaret crines & ex crebris tōsionibus
tumētes & iflatos oculos hn̄s cepit ambigere
an ille filius suus esset. Nō enim erat ei species
neq; decor: at ubi filiū suū eum fore cognouit
prædolore penæ exanimis est effecta. Compa

tere o aĩa mea pie genitrici & ſecum ac cũ Maria Magdalena & reliquis mulieribus: plange: ſuſpira: & tota deficias ĩ teipſa. O dña mea glo rioſa: quis tuũ poſſet reſerare dolorẽ. Iã illud Symeonis uaticiniũ impleri incepit: ꝙ tuã ipſi us aĩam ptrãſibit gladius. Sed ad noſtrum Ieſum redeamus: quem canes illi truculẽtiſſimi ad Pilati prætorium duxerunt. Et quia Pilatus gentilis erat: & dies erat paſchalis ipſoꝝ in pre torium introire noluerunt: ut nõ cõtaminarẽ tur ſe ĩmiſcendo gentili. Sed puri & mũdi exi ſterent ad mãducãdum paſcha. O cecha fatuitas: & fatua cecitas inquinari timent intrando in domũ gentilis: & maculari non timent occi dendo iuſtum & innocẽtem. Et qui mores ei⁹ nouerat exiuit ad eos foras. Cũqꝫ agnum ĩnocẽtiſſimum ligatum ꝯſpexiſſet: ꝯſuetudinis iu dæoꝝ nõ inſcius: quia quicunqꝫ reus mortis a iudæis iudicatus exiſteret: uinctus præſidi tradebaᵗ: ut in eum mortis proferret ſniam mox ad hoc adductum eſſe cognouit ut morte dãnareᵗ. Non igiᵗ queſiuit quid a me petitis: ſed ait. Quã accuſationẽ affertis aduerſus hoĩem hunc quem ligatum adducitis. Cui ſupbe rñ dentes pontifices non directe accuſationem ex poſuere: ſed per obliquũ diuertẽtes & ſe iuſtificare uolentes dixerunt: Si non eſſet hic malefa

hora tertie.

Nota.

ctor non tibi tradidiſſemus eum. O iudæi nepharii. O accuſatores falſidici. O calūniatores mendaces. O īuerecūdi criminatores q̄ inique q̄ impudēter dominum meum accuſatis. Heu ſcelus nephandum. Hunc malefactorem aſſeritis: qui peccatum non fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius: qui ſolus bonus eſt: a quo bona cuncta procedunt. Dicite queſo o doloſi & inuidi detractores. Quid mali fecit. Quod maleficium cōmiſit. Interrogate liberatos ab imūdis ſpiritibus. Cecos uidentes. Mortuos ſuſcitatos. Leproſos mundatos. Hii uobis reſpondeant. hii an uera aſſeratis teſtētur. Et quidem ſi talia maleficia dici merentur digne cum malefactorem eſſe perhibetis. Præſes uero quia p̄ inuidiam eum cepiſſe ſciebat: reſpondit eis. Si uobis malefactor uidetur accipite eum uos & ſm legem ueſtram iudicate eum. Illi uero ad eum. Nobis non licet interficere quemquam: ſed ad nos examinatio ſpectat: & ad te ſententia. Tunc Pilatus. In quo igitur culpabilem eū dicitis. At illi: accuſationem triplicem intulerunt expreſſe dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram: & prohibentē tributum dari Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe. O impudentes accuſatores: qui tā falſa aſſerere nō ueremini: & omni prorſus ue-

ritate carentia non pudet astruere. Pensate & reducite ad mentem qualibus machinationibus gentē uestrā subuertit. Monita saluberrima gēti uр̄ae p̄bebat studens auertere a uia praua & reducere in uiam rectā. O gens ceca & inuida qa benignissimū dn̄m de bono ope lapidatis. Dicitis & secundū quia tributum uetauit dari Cæsari. O linguæ p̄caces. O labia dolosa quia recte mētimini in capita uр̄a. Estote memores cū tēptātes subdole quæsistis ab eo an liceret tributum dari Cæsari quid uobis r̄ndit oblatoribus numismatis. i. monetæ. Nonne ait Reddite quæ sunt Cæsaris cæsari & quæ sunt dei deo Ipse quoq; ne uobis scandalū esset pro se & petro tributū soluit. Deniq; q̄ se regem dixerit eidem obicitis. Sed: o insensati & dementes equidem ipse rex est qui nō eripit mortalia sed regna dat celestia. Sed qd de regno terreno loquimini: ubi nā quæso Iudicia terreni regni appuere. Vbi corona regia: ubi sceptrū: ubi diadema: ubi amictus purpureus: ubi militū cūctio. Vbi seruoᵽ copiosus numerus. Vbi ampla & lata palatia. Vbi equoᵽ exercitus. Ista sane terrenis regibus ꝯueniunt. Istis utunt̄. Istis delectātur. Sed intuemini dn̄m Iesum meum: nulla talia in eo reperietis īsignia. Cernitis nempe hominem mitem & humilem corde: sobrium: piū:

ac benignum: ac omni uirtute cōspicuum: qui discoperto gradit capite grossa ac uili uestitus tunica: pedibus denudatis. Duodecim pauperculis & sm carnem ignobilibus comitatus discipulis. Nulla ei fuerat habitatio. Vulpes enī foueas habent & uolucres celi nidos. filius aūt hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Sup propriis incedebat pedibus aut interdū parua nauicula ducebat. Ipse quoq; & eius discipuli remiges erant. Si de equitatu quæritis: semel cum ueniret in Hierusalē sup uilem asellum sedebat introductus a turbis cum gloria & laudibus. Hæc eius fuere īsignia. Hii regni fastus ex qbus nunquid rex foret poteratis depræpēdere. Sed o pfidi & inuidi calūniatores nunqd a mēte excidit q cum ingentē turbā cum pauculis panibus & piscibus saturasset uoluerunt ipsum regē facere. Sed aufugit ab eis. & ascendit in montē. Eya desistite præcor dnm meū sic mēdaciter accusare. Pilatus ergo audita accusatione iesum in ptorium introduxit. Et qa de primis duobus nō curauit cum audierit de fama eius & prædicationibus scieritq; q pontifices ex inuidia tradidissent eum quæsiuit tantum de tertio: quod honorem tangebat imperii dicens ei. Es tu rex iudeorum. Audi nūc anima mea mansuetissimū iesum uerecundo ore:

& placido sermone supbo barbaro responden
tem. Quid inquit humilis iesus. A temetipso
hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me. Pilatus
aũt respõdit. Nunquid ego iudæus sum. Gens
tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: & ab
eis hoc didici. Quid igit fecisti. Tunc iesus ait.
Regnum meum non est de hoc mundo. Si de
hoc mundo esset regnum meum ministri mei
utiq decertarent: ut non traderer iudæis. Núc
aũt. regnum meum non est hinc: idest non est
de terra: sed de celo procedit. Dixit itaq Pilat⁹
ergo rex es tu. Respondit iesus: Tu dicis quia
rex ego sum. Ego in hoc natus sum & ad hoc
ueni in mundum ut testimonium perhibeam
ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocẽ
meam. Tunc dicit ei Pilatus. Quid est ueritas.
Et cum hoc dixisset: quia foris stabat turba lu-
poꝝ clamans non expectato responso benedi-
cti Iesu exiuit iterum ad iudæos. Iamq compa
tiens mansueto iesu nihil in eius responsione
dignum repħensione diiudicãs. Iam enim elo
quium domini dulce inflãmauerat eũ. Ait ad
principes sacerdotum & ad turbas. Ego nihil
inuenio causa in hoc homine. Tunc rabidi ca
nes frementes & uocibus inualescentes uocife-
rabant dicentes. Cõmouit populum docens p
uniuersam iudæam incipiẽs a galilea usq huc

Pilatus aūt audiens galileā interrogauit si hō mo galileus eēt. Et ut cognouit q̄ de Herodis esset potestate ut se exoneraret cogitauit ip̄m remittere ad Herodem: qui ex illis diebus hie rosolymis erat. Accersitis itaq̄ satellitibus su is ligatum illum ad Herodem misit: quem se cuti sunt impiissimi sacerdotes. Herodes autē uiso Iesu gauisus est ualde. Ex multo enim tē pore fuerat cupiens uidere eum: eo q̄ audierat multa de eo & sperabat signum aliquod uide re fieri ab eo. Cum igitur ipsum multis sermo nibus interrogasset Herodes: ipse iesus nihil re spondit illi. Principes uero & sacerdotes con stanter accusabant eum. Videns autem Hero des q̄ nihil ei respondebat: eum ut delirum & fatuū extimauit. Et in maius obprobrium eū alba ueste uestiri iussit. Erat autē ut dicitur ue stis hæc ad modum scapularis religiosorum si ne caputio: ante & retro dependens a collo. Forsitan namq̄ petiam panni albi: accipientes foramen fecerunt in medio collo eius: impo nentes ut stultis fieri consueuit: & ad Pilatum eundem remisit. ¶ Vides o anima mea quan ta se offerunt quibus compatiaris afflicto Ie su. Quis ille unquam fuit tam scelestus ho mo qui tot & tanta sustineret obprobria. Qui tot ferret subsannationes & tantæ irrisiones.

Nota

ſiones. O abominabile nephas. Dominus me
us, qui fecit mare: & aridam qui celos in intel
lectu fecit: cui aſſiſtunt angeli: nunc inſtabilis
circũrotat: & per manus uerſat iniquoꝝ. Nũc
mittit ad iſtum: nunc ad illum. Cõſueuit unuſ
cuiuſq; iniquiſſimi & ſceleſtis hoĩs cauſa corã
uno tribunali corã dũtaxat iudice uentilari: &
ſub uno tm̃ iudice ad queſtionem poni. Sed
agnus ĩnocẽtiſſimus qui peccatũ cõmittere nõ
põt corã q̃tuor eſt oblatus: atq; ſub uno quoq;
coꝝ cõuitia & tormẽta ppeſſus. Ante Annam
poſitus alapa pcuſſus eſt. Sub Cayphæ exami
ne cõſtitutus alapas: ſputa: uerbera: & omne cõ
uitii genus pcepit. Præſentatus Herodi iſanus
& fatuus reputatus eſt: & in deriſum ipſius ſtul
toꝝ ueſte indutus. Poſt hæc a Pilato uerbera &
afflictiones ac cõuitia & demum ignominio
ſe mortis accepit ſniãm. O benigne ieſu quare
tanta ſuſtines. Certe ex charitate quam ad me
habuiſti ſic te humiliaſti ſic irrideri & deſpici
uoluiſti. Tu ergo o humillime ieſu tribue mi
hi ſeruulo tuo indigno: ut oẽm deriſionem de
ſpectionem quã pro tui nois amore patior hu
militer ferã alacriterq; pro tui amore ſuſcipiã.
Effice queſo me ueꝝ humilem ut deſpectiões
letus ſuſcipiã. Laudes uero & exaltationes ab
horream. Scio nãq; bone dñe: quia ſupbis reſi

ftis:humilibus uero das grãm. Et scio dñe qđ qui cupit ad alta ꝯscendere,prius oportet ut hũmilis fiat. Qui igiť solus potes id facere ueram in me humilitatẽ imitte: ut cantare tibi ualeã cum psalmista. Bonum mihi quia humiliasti me. Et ut facilius humiliari ualeã insere in me tuæ dilectionis ardentẽ ignem. Si enim mandata tua dilexero:nitar tui fieri imitator:q me doces ut a te discã ut mitis sim:& hũilis corde.

ℭ Meditatio de reductione dñi Jesu ab Herode ad Pilatũ:⁊ qũo iussu Pilati acerbe ad columnã flagellatus extitit:⁊ spinis coronatus:purpura indutꝰ ⁊ alias multipliciter derisus.



INdutus alba ueste:& ut insipiẽs spretus ab Herode pius iesus remittiť ad Pilatũ. Et ex hoc facti sunt amici in ipsa die Herodes & Pilatus qui antea inimici fuerant. At postq̃ benignus iesus reductus extitit ad Pilatum:ꝯuocatis principibꝰ sacerdotum & magistratibus & plebe dixit ad il

los. Obtulistis mihi hoiem hunc: quasi auertē
tem populū. & ecce coram uobis ego interro-
gatus nullā causam inuenio in hoie isto ex iis
in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes nā
remisit illum ad nos & ecce nihil dignū mor-
te actum est ei. Sūmi uero sacerdotes ipm accu
sabant in multis. Ipse uero Iesus nihil eis respō
debat. Cui Pilatus. Nō uides in quātis te accu-
sant. Non respondes quicq̄. Iesus aūt amplius
nihil respondit: ita ut miraret̄ præses uehemē-
ter. Per diem aūt solēnem consueuerat dimit-
tere populum unum uictum quem uoluissent
Habebat aūt tunc uinctum quēdam insignem
qui dicebat̄ Barrabas: qui propter seditionem
quādam factam in ciuitatem & homicidium
missus fuerat in carcerem. Cum igitur ascēdis
set turba: dixit ad illos Pilatus. Est consuetudo
uobis ut unum dimittā uobis in pascha. Quē
uultis de duobus uobis dimitti: Barrabam an
Iesum qui dicitur christus. Optabat equidem
Pilatus: dominū Iesum liberare: unde non que
siuit in genere quem uultis ex uinctis uobis di
mitti. Sed quia Barrabas sceleratissimus erat
homo cuius mortem omnes affectabant: puta
uit eos potius assentire ut Iesus liberaret̄: q̄ ut
tam scelestus mortem euaderet. Ideoq; ad Bar
rabam se restrinxit. Sed insatiabilis rabies ipso

rum:potius oēs nephandissimos hoīes q̃ ip̄m Iesum liberari petissent. Responderunt igitur. Nō hunc sed Barrabā. Tolle igit̃ hūc & dimit te nobis Barrabā. Ait iterū Pilat⁹ ad eos. Quid igit̃ faciā de Iesu qui dicit̃ christus. At illi cla. mabant dicētes. Crucifige eum. Ait tertio ad eos Pilatus. O gens maledicta quid mali fecit iste. Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illum & dimittā. Interea dum sederet Pilatus pro tribunali misit ad eum uxor ei⁹ dicēs. Nihil tibi & iusto illi multa enim passa sum per uisum ꝓpter eum. Propter quod Pilatus magis timuit & cogitabat dimittere eum. Vt igit̃ rabidā & inextinguibilem iudæoꝝ sedaret sitim ratus est mitissimū Iesum diris torquere flagellis:ut sic postulatā mortem uerberibus cōmutaret. Conuocans igit̃ carnifices suos xp̄m acriter flagellari iussit. Nunc sistamus hic paulisper o aīa mea:hic diutius imoremur Occurret enim quo nō modicum pio Iesu cōpatiamur. Cōtēplemur inq̄ & intueamur q̃ dire q̃ turpiter spinis flagellis ac uerberibus est afflictus. O dulcissime domine:o suauissime iesu molifica cor meum durum ut in memoria tuæ flagellationis acerbe totum dissoluatur. Da mihi queso benigne dn̄e eam sic affectuose pensare: ut ipsam rememorando tuorum

flagellatio xp̄i Dn̄i

particeps sim dolorum. Ego enim amantissime dñe quod cupio a me ipso pficere nequeo. Saepe mihi ppono de tua passione cogitar & quae gesta sunt erga te mecũ tacitus mẽte reuoluo. Sed omni repletus ariditate nequaq̃ sentio qđ cogito tanta est duritia cordis mei. Heu mihi quia tanq̃ fabulam pertracto quod iterno cordis dolore & lachrymarum profluuio pensandũ foret. Sed fateor dulcissime dñe quia merito haec patior: modica etenim mihi iest cura paruaque sedulitas in tuis uulneribus imorari. Vnde si forte mentem ad id meditãdum coaptare incipiã mens ab ea meditatione facile diuellitur per plurima uana & ociosa discurrens ad certum locum corpus repono: ut mens ad te dirigat oẽs cogitatiões meas studeo in unũ colligere ut mens intra ipsam cõsistens uacare ualeat tibi soli. Et ecce repente hincinde irruit multiplicium cogitationum diuersorũq; fantasmatum turba: mentẽ distrahentium: & per ea nescio quae uana & ociosa discurrere cõpellentium. Sic mobile & instabile est cor meum dñe: ut ad quecũq; ei ociosa oblata facile dilabitur. Sed haec unde mihi dulcissime dñe. Sola profecto dilectionis exiguitas in causa est. Ea enim quae grata sunt sollicitus sum mente uersare: nec ab hiis facile diuellit animus. Vn-

de quia paꝝ te diligo bone iesu: ideo cor meũ in te fixum stare nõ ualet. At scio dñe quia impotens & imbecillis sum ad ista quæ cupio nisi tu ipse præstiteris. Te igit̃ oro ut ad meã desidiam nõ attendas: sed ſm multitudinem miserationum tuaꝝ ꝯfirma cor meum: & instabilem ac uagã mentem meã in seipsam iube cõsistere. Pelle a me oẽs alias curas: & trahe me ad te: ut deuota cõpassione cogitem quot & quãta fuerint tormẽta atq; derisiones: quæ iussu pilati in tuo præciosissimo corpore ꝑtulisti. Igit̃ carnifices Pilati ipsius iussu furenti impetu rapiunt pium iesum uelut lupi famelici trepidẽ ouem. Et adhuc ligatum post se trahentem: secesserunt ad partem eiusdem domus. Tũc ligatis eius manus & brachia dissoluẽtes suis: eum exuunt uestimentis. Heu scelus horrẽdum: nã qui est speciosus forma præ filiis hominũ nudus ante ꝯspectum spurcidoꝝ: ac fetentium satellitum exhibetur. Aderat ibidem columna quædã marmorea cui sic denudatum ueneran dissimum corpus manibus post terga iterũ religatis tenacissima fune cõnectunt. Paret obedietissimus agnus & ꝓut eis placet se ligari ꝑmittit. Moxq; quidã ex eis qui robustiores & ad nocẽdũ ꝓmptiores apparebãt: aspera quædam assumunt in manibus flagella ex iuncis

Nota.

maris fortissimis & uiribus fabricata. Incipiūt immanes tortores: erga ueherandum corpus furibunde seuire manusq; nepharias in uerbera ac flagella lassare. Vibrāt hincinde ualidis lacertis asperrima lora nunc amena & formosa brachia nunc pectus: illud eburneum: nunc collum speciosissimū modo conspicuas eius schapulas contundentes. Dant interdum aculeos & ictus creberrimos per terga illa sanctissima. Nōnunq̄ uero per crura praefulgida. Quid uagor per cuncta. Tortores illi Impiissimi partē illius praeciosissimi corporis uacuam non reliquerunt quae acerbissimis flagellis sautiata nō fuerit. Nec particula aliqua a cruentis uulneribus imūnis extitit reseruata. O suauissime dn̄e quis ille tam audax extitit q te spoliauit. Quis tam temerarius qui te ad columnam ligauit. Quis tam sacrilegus qui te flagellauit. Dulcissime dn̄e mihi uidebantur flagella aeternae afflictionis: tu pro me flagellari uoluisti ut me misericorditer ab illis erueres. Heu dulcis domine qūo decor ille speciosissimus de sacratissimo corpore tuo abiit. Exitus aquarum deducant oculi mei quia qui speciosus erat prae filiis hominum nunc totus efficitur deformatus. Non uides o anima mea quomodo caro illa sanctissima quae pri⁹ mirabili candore nitebat

modo fit ex crebris tõsionibus fusca & liuida. Incipit tota hincinde tumescere: & ex pcussionum frequẽtia densi tumores incipiunt pullulare. Dehinc ex inflata carne sanguis erumpit: ubertimus: & uelut aqua ex fonte undique sanguis exuberat. Iã tota cruore madescit terra & fluuius incipit scaturire sanguineus totum perfundens corpus. Heu quid dicam. Caro illa delitiosissima quæ prius cãdidissima fuerat nunc rubicunda prorsus effecta est. Plange & eiula & effer crebros gemitus & suspiria multa. O anima mea: iam eteni nõ dicere potes ut alias dilectus meus candidns & rubicundus sed dic potius dilectus meus liuidus tumefactus ulcerosus & rubicũdus. Quis igitur tam immitis quod pectus tã saxeum: quod non moueat ad lachrymas cum dulcissimũ Iesum sic aspicit deformatũ. Ecce apparet Impletũ ĩ eo illud Isaye Vidimus eum & non erat aspectus: & reputauimus eum quasi leprosum & humiliatũ a deo. Quid uero putas tunc agebat agnus ille mitissimus dum tam duræ & acerbæ affligeretur in corpore. Equidem ut arbitror & si torqueretur corpus: mens tamẽ seruabatur illesa. Sed quia humana fuerat carne uestitus tanquam homo inflicta uulnera sentiebat. Quantoque delicatior caro illa fuerat atque tenerior tanto acer-

bius imprimebatur dolor. Suspirabat interdũ ut estimo dulcissimus iesus. Nũc tacitos emittebat gemitus. Modo submissa uoce lamentabatur. Nõnunq̃ caput ex dolore mouebat quęrens ubi ex debilitate illud paululũ reclinaret. Sed heu quia nõ erat locus nisi colũna cui fuerat alligatus: ubi caput posset adherere grauatum. Interdum etiã lachryme ex limpidissimis oculis cogente uulneꝝ dolore stillabant. Aliqñ uerbula aliqua dolorẽ attestantia plana ac tremula uoce ferebat. Sed cruciatores ĩmanissimi nulla permoti cõpassiõe acrius in eum uerberibus sternebãt: & uerba cõtumeliosa miscẽtes cum cruciatibus pium & mansuetissimũ iesum lingua & manibus lacerabãt. Deniq̄ iam lassati quia amplius non poterant pepcere uerberibus & agnum ĩmaculatum a colũna soluerunt. Tunc raptus ĩpetuose spurcidissimis illis apparitoribus nudus ꝑ domum ducit ut uestes suas colligat sparsim ab expoliatoribus per domum ꝓiectas. Intuere o aĩa mea dilectũ iesum sic nudum & flagellatũ & ꝓpter frigus trementem quia frigus erat. Mirare cum grandi cõpassione crebris suspiriis & lachrymaꝝ imbre iuuenem elegantẽ nobilissimũ inocentissimũ: totum autẽ flagellatũ sanguineq̄ & liuoribus respsum pãnos suos undiq̄ sparsim ꝓiectos de

terra recolligere:& cum quadam uerecundia & rubore nudum coram illis semper ipsum deridentibus se uestire. Dūq; sic se reuestire quærit humillimus iesus: accedunt quidam ex illis impiissimis ad Pilatum dicentes. Domine qa se regem fore dicebat: ip̄m coronemus:& more regio uestiamus. Et tunc consentiente Pilato: congregauerunt ad eum uniuersam cohortem in pretorium: ubi preses sedebat & senatus ut omnes tali interessent spectaculo: & ut magis illuderetur in loco patenti:& coram multitudine. Et eum uix reuestitum: exuentes uestimentis suis: induerunt ueste seu tunica purpurea: non noua: sed ueteri:& abiecta: circundederuntque desuper clamidem coccineam .i. pallium uel mantellum non consutum: sed fibula infrenatum coccinei coloris: qui est inter rubeum & purpureum. in obprobrium regii nominis: quod ipse prout asserebant iudei: sibi indebite usurpabat. Vnde quia rex dicebatur: induunt eum ueste: qua ueteres utebantur reges & ad ɔfusionis augmētum: nō nouā sed ueterem clamidē acceperūt. O aīa mea qd hinc lachrymas poteris ɔtinere? En cernis: quia hii nepharii: aīam dilecti iesu: illusionib⁹ replere non cessant: uides quoq; quā dignus sit cōpassione qa statim soluto dn̄o a colūna: toto cruētato:

cuius coloris uestis purpurea

& toto liuido:uestis imponit̃ nudo corpori sic cruentato. O mira cõpassio:nõ enim affuit sic afflicto:sic ꝑfosso. sic lassato. qui aliqd' leuamẽ impẽderet. Heu bone iesu:nõ affuit tibi medicus qui sic saucio corpori medicamenta prebe ret. qui unguẽtum'aut oleum uulneribus supponeret:qui mẽbra sanctissima sanguine delinita lauaret. qui aque poculũ arido ꝓstaret ori Cõsiderabat patiẽtissimus agnus ad dexteram & uidebat:& nõ erat qui cognosceret eum. Et ꝯspexit qui simul cõtristaret̃ & nõ fuit:& q eũ ꝯsolaret̃ & nõ inuenit. Sed mox ut solutus est a columna. liuidus & deformis:& cui non erat species neq; decor. induit̃ ueste purpurea:quæ statim coagulato sanguini applicat̃. Nec mora in solio quod ibi aderat:deridẽdus imponitur. Afferunt̃ ilico ex spinis acutissimis & longis ramusculi quidã:densas habẽtes spinas uelut clauos cum mortali cuspide artificiose ꝯfectos. Statimq; ex hiis ramis sertum quoddam in forma corone cõficit̃:quod sic spinis condẽsum uenerãdo imponit̃ capiti:utq; tenacius capiti infigat̃. fustibus coaptat̃'& baculis:dehinc in manibus ipsius:arũdo'quedã dat̃ pro regali sceptro. O lachryme mee:uenite:& fluite incessanter:qa a sæculo nõ est audita tãta derisio Nõne plãgẽdum:nõne suspirandum est. nõne

Corona spinea

liquefieri debes in hoꝝ recordatione. O ania mea: deduc quasi torrentē lachrymas: quia tā-ta pro te patiꝛ mitis iesus. Vide ouē māsuetissi mam stantē in medio. & ante ipsam famelicos lupos facere funesta ꝑludia. Accedunt ad eum singuli: flectētes genua: & adorātes: manuqꝫ pē santes arūdinē pulsant coronā: capiti insidentē ut firmius infigaꝛ. Figunꝛ spine cuti ꝑciosissi-me usqꝫ ad carnē & cerebrū penetrātes. Perfo-diꝛ & iaculaꝛ: totū uenerādū caput: totūqꝫ inci pit cruore ꝯspergi. Aspgunꝛ quoqꝫ flaui capil-li: fluēti sanguine. & facies illa serenissima san guine rubricaꝛ. Ita ut nō amplius facies dñi ie su: sed excoriati hoīs uidereꝛ. Nec satis hæc fue rāt eis. Sed insup ꝯtumeliosa uerba īgeminan-tes alapas in faciē dabant: & quæcūqꝫ ꝯuitiorū genera īferebāt. Quē tandē cū bene derisioni-bus & uerberib⁹ repleuerunt: sic sauciū. sic affli ctū & uelut seminecē. Pilato ꝑsentarūt. Vides o aīa mea quot & quāta pro te ꝑtulit pius iesus tuus. O iesu benignissime: qui ex imēsa tua ca ritate tā uiliter tractari uoluisti: fac queso me: tanti beneficii cognitorem: & uicissitudinariā ad te charitatē: quā solam a me exposcis: sic im prime uisceribus meis: ut nihil mihi sapiat. ni-hil delectet. nihil applaudat: nisi tu rex meus: & deus meus: saluator meus: & liberator me⁹.

Immitte præcor ignem amoris tui in ossibus meis:ut quocunq; me uertam: semper meum iesum reperiam crucifixum.

¶ Meditatio de ostẽsione domini iesu facta per Pilatum: & sententia mortis lata p ipsum. Ac etiã quõ iudas triginta argenteos proiecit in templum.



Regi seculorum imortali:& inuisibili: soli deo: dolor & compassio:in secula seculorũ. Attẽde o anima mea: qa ecce rex tuus uenit mansuetus: totus sanguinolentus contusus:& liuidus:purpura indutus: & corona spinea coronatus. Pilatus autem putans rabiem iudeoꝝ sedare:exiit foras ad iudeos:adducens secum iesum:& dicit eis. Ecce adduco eum uobis foras:ut cognoscatis: qa in eo nullam inuenio causam. Sed si quam uos causam pretẽditis:ecce punitus est:aspicite hominem: qualis apparet. O proterua iudeoꝝ nequitia: & inuidia proteruissima:quale cor tam iniquũ tam asperum:erga inimicũ suum:q cõspecta:

de suo inimico tali facta uindicta:ad compas
sionem nō moueretur?Sed perfidi pontifices
& ministri:licet sic deformem:sic afflictū cer-
nerent ipsum iesum:non propterea satiantur-
sed clamant:crucifige.crucifige eū.Tūc iratus
Pilatus:credens q eorꝝ sedasset sitim ait.Acci-
pite eū uos:& crucifigite.Ego eni non iuenio
cām in eo.Gēs maledicta estis:&uulti occide
re inocentē.Rñderūt iudei.Nos legē hēmus:
& ꝑm legē dēt mori qa filiū dei se fecit.Pilat⁹
aūt cū audisset hūc sermonē:magis timuit:ti
mēs ne manus imitteret in filiū dei.Et iteꝝ ie
sum ītroducēs in ꝑtoriū:dicit ad eū.Vñ es tu?
Iesus uero rñsum nō dedit ei.Et Pilatus ad eū.
Mihi nō loqris?Nescis qa ptātē hēo crucifige
re te:& ptātē hēo dimittere te?Rñdit iesus:nō
hēres in me ptātē:nisi tibi data eēt desup.Pro
pterea qui me tradidit tibi:maius pctm̄ hēt.Et
exinde Pilatus magis q̄rebat dimittere eū.Iu-
dei aūt clamabāt dicētes:si hūc dimittis:nō es
amicus Cæsaris Ois eni q se regē facit:contra
dicit Cæsari.Pilatus aūt:magis timēs inimici-
ciā Cæsaris:q̄ dei:adduxit iesum foras:& sedit
pro tribunali in loco qui dr̄ licostratos hebrai
ce autem gabatha.Et dicit iudeis.Ecce rex ue-
ster.Considerate si tales sunt cæteri reges:puta
tis ne:quod talis rex uobis subripiet regnum?

Illi aūt clamabāt:tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus.Regem uestrū crucifigā. Respō derūt pontifices.nō habemus regem nisi Cæsarem.Et instabāt uocibus magnis ut crucifigeref:& inualescebāt uoces eoꝝ.Videns aūt Pilatus quod nihil ꝓficeret.sed magis tumult⁹ fieret.accepta aqua lauit manus suas corā populo dicēs.Innocēs ego sum a sanguine iusti hui⁹: uos uideritis.Et respondit uniuersus populus dicens.sanguis eius sup nos:& sup filios nr̄os. Erat aūt tunc hora diei inter tertiam & sextā. Volens igif Pilatus populo satisfacere:dimisit illis barraban.Et sedens pro tribunali:tulit sententiā ut iesus crucifigeref.Hic qūo tacere ualebimus o aīa mea:cōtra hunc iniquissimū Pilatum?O iudex inique & arbitrator iniuste: in quo fuit oīs iniustitia.O sn̄ia pperā & inique lata antiqua ꝯseutudine:& iuris ordine mime obseruatis.Immo & a iudice nō suo : & in dominū iesum nullā iurisdictionē habēte. Quomō enim nequissimus uermis poterat suū iudicem iudicare:qui iudicaturus est uiuos & mortuos & seculū per ignē?Tullisti o ꝑfide Pilate mortis sn̄iam cōtra dn̄m:nō ꝯuictum.nō confessum.p testes nō idoneos:cū eius notarii forent inimici.Idemq; testes & accusatores existerent.Nec talia etiam cōtra eum deposuere:pro-

pter quæ mortis ueniret ſnia. Quia & ſi ſe regẽ dixit: declarauit poſtea regnum ſuum nõ terrenũ exiſtere: ſed celeſte. & ſi ſe filiũ dei dixit: qa ex hoc nõ fuerit male locutus. iudeos cõuicit uerbo pſalmiſte dicẽtis. Ego dixi dii eſtis. Nõ inſup ipſe dñs aliquid ꝯfeſſus eſt: morte dignũ ſed nec lata quoq; fuit ipſa ſnia: ſm morem antiquum & iuris ordinem. quia nõ fuere diſcuſſa oia quæ ei obiecta ſunt: imo uero ois impietas: oiſq; crudelitas erga piiſſimũ ieſum iacta ta eſt. Cõſueuit enim ultimo dãnandis ſupplicio: triũ aut pluriũ dieꝝ p̄ſtari terminus: infra quẽ ſe defendere ualeãt. Sed benigniſſimus ieſus: in ſero captus: & tota nocte flagellis: irriſionib⁹ fatigatus: in mane ad clamorẽ ppl̄i mortis accepit ſniam: q̃ mox executioni fuit mãdata. Tu etiã o nephãdiſſime iudex: hanc ſniam cõtra ꝯſciam ꝓtuliſti: cum ſcires mitiſſimũ ieſum ex inuidia tibi traditum. Tu quoq; ore firmaueras ꝓprio: nihil in eo morte inueniſſe cõdignũ. Veꝝ nec tibi tua ꝓteſtatio ꝓfuit: qua te innocentem dixiſti: manus lauans coram populo: cum proteſtationi contrarium feceris: ferendo ſententiam: ſine qua crucifigi non poterat. Sed lauiſti o peſſime manus exterius: intrinſecus ꝯſcientiã minime abſtuliſti. Nunc te

uertamur ad nostrum iesum. Mox enim ut lata fuit sententia: uiolenter rapitur pius iesus: & a militibus iniquissimi præsidis: ad partem domus remotam: perducitur. Interim ciuitas tota feruet: fama ꝑuia: indicante negocium. Stabãt deorsum: ut arbitror: extra prætorium turbe indociles: & ineptum uulgus pontificesq; cum scribis. Expectabant anxii: ut foras adducatur: & omnis mora: diuturna nimis: uidetur. Intra quoq; prætorium: non minus extuat: tota pilati cũctio: & satellitum impioꝝ: turba nequissima. Ibi parantur cuncta: pro dira sententia exequenda. Vocantur carpentarii: & ligna queruntur: ex quibus crux sanctissima cõponatur. Mittitur alios ad fabrum: ut clauos conficiat longissimos. quibus sacratissime manus: et ꝑciosissimi pedes dñi mei: figantur. Cõstruuntur quoq;: cætera instrũa letalia. Querũtur lanceæ: fustes: & galee: parantur equi: & uexilla tendũtur Dumq; talia per ministros seriose fiunt: interim stat agnus inocẽtissimus: spurcidorum uallatus turba carnificum: qui purpura ipsum exuentes: propriis induunt uestimentis. Et q̃ diu cuncta parantur: uerba: alapas: sputa: & omnia quæ dici possunt cõuitia ei inferre non desinunt. O dulcissime iesu: quanta dignus es cõpassiõe: qui nõ es ꝑmissus quiescere ad momẽ

tum:sed in cōtinuis afflictionibus extitisti. Iu
das autē:qui eum tradiderat : forte tunc stans
extra cum turbis:ut audiuit latā esse sniam:ui
dens q dānatus esset:penitentia ductus:prexit
ad templū:ubi et pōtifices fuerant cōgregati:
forte inientes consiliū:ut ad locū supplitii ten
derent:ne quid sinistri posset accidere: quo fa
ctum suum impediret. portansq secum trigin
ta argenteos:quos pro proditionis præmio ac
ceperat:eos proiecit in templo:dicens peccaui
tradens sanguinem iustum . At illi dixerunt.
Quid ad nos: Tu uideris . Et abiens iudas la
queo se suspendit. Principes autem sacerdotū
acceptis argenteis:dixerunt. Non licet eos mit
tere in corbonam:quia precium sanguinis est.
Consilio autē inito:emerunt ex illis agrum fi
guli:in sepulturam peregrinorum:propter hoc:
uocatus est ager ille:acheldemach:hoc est:ager
sanguinis:usq in hodiernū diem. O benignis
sime dn̄e iesu xp̄e:qui pro me:a pilato mortis
sententiam accepisti: ut me a morte liberares:
fac quæso me gratum tanti beneficii:et in ex
tremo iudicio:cum ueneris iudicare uiuos: et
mortuos : non intres in iudicium cum seruo
tuo:nec memineris iniquitatum mearum:sed
per tuā misericordiā :,cum electis me iudices:
ut cum eis possideam regnum : quod ipsis pa

rasti ab origine mundi.

¶ Meditatio quõ dominus iesus crucem portans humeris: ad montem caluarie ducitur crucifigendus: & de his q̃ in via acciderunt.



QVi uult ueni-re post me: abneget semetipsum & tollat crucẽ suã: & sequat me. Curre & propera o aĩa mea ad uocẽ hãc: nr̃i dulcissimi redẽptoris q crucẽ ꝓpriis ferẽs humeris: te iuitat: ut si optas seq ipsum: & tu crucẽ tuã baiules. O q̃ dulce: q̃ suaue crucẽ baiulare post iesum. Felix qui uenit post te dñe iesu: qa q sequit te: nõ ambulat ĩ tenebris: sed hẽbebit lumẽ uite. Tu qdẽ eis q relictis oĩbus te secũtur: dices uenite post me: & faciã uos fieri piscatores hominũ. Veni igit o aĩa mea: & sequamur nostrũ iesum: crucẽ ꝓpriis humeris portãtẽ. Attẽde hic paulisp: & teipam in te parũper recollige. Intuere dñm tuũ: creatorẽ tuũ: redẽptorem tuũ. Cõsidera labores eius: lãgores: atq; tormẽta: cuiq; ĩportabilia. Hic cõflue tota mẽte: totaq; meditatione: Scinde cor tuũ. Fũde lachrymaꝝ fluuiũ icessã

tem:nec cesses a gemitibus. Hēs enī:unde mul
tū cōpati debeas:dulci iesu. Vides enī: qūo de
spicif:q̄ imaniter:q̄ seueriter. a iudeis pfidis p
tractat. Quis tibi nō cōpatiatꝛ patiētissime iesu?
Tota nāq; fuisti nocte lassatus:Ductus & tract⁹
ab orto. Funib⁹ collo ligatus:& manibus pñta
tus Anne, & ibi alapa seuissime pcussus. Post
hæc. i domo Cayphæ pugnis & aliis dire affli
ctus. Cōsputus:& irrisus. In domo dehinc He
rodis:delusus:& fatuus reputatus. Demū́q; in
pretorio Pilati:duris uerberibus acriter fusti
gatus. Corona spinea pforatus. Cōsputus:de
risus. Et pene exanimis derelictus. Et heu dul
cis dñe. Ecce qd tibi pro solamine. Quid tibi
pro tātoꝝ leuamie laboꝝ pbetur. Quid inq̄?
Crux equidē uastissima: & onerosa tuis sacra
tissimis humeris:deferēda īponif. Nunc uero
audi o aia:qd de dilecto iesu factū fuerit. Post
q̄ Pilatus in eū mortis tulit sniam. Vbi enī sa hora sexta
cratissima crux fabricata extitit: & cætera rite
perfecta pro snia exequēda. Trahif dulcis iesus
de domo Pilati suis īdutus uestib⁹:funib⁹ pcio
sissimo collo ei⁹ iniectis:& manib⁹ dire ligatis.
Stabat foris:rabida canū oblatrātiū:turba. A
derāt & Pilati milites:truculētiq; carnifices ar
mis rutilātes:& gladios:ac fustes:necnō & lan
ceas tenētes ī māib⁹ ip̄ nq; māsuetissimū agnū

circúcirca stipantes. Confluunt undiq; cateruatim iudeoꝝ cœtus: uiri pariter: & mulieres: ac pueri: ad tam grande spectaculum. Irruit furenti impetu densissima turba: & tractu m dñm: ingentibus: ululatibus insequuntur. Clamitant omnes: & terrificibus uocibus: ethera rúpunt: conuitia ingeminantes: & obprobria. Certant omnes: ut ursi: ac leones atrocissimi: ad ipsum approximare. O qualia & quanta: ut arbitror: ludibria patiebat̃ humillimus iesus ab illis nequissimis. Credo quidem o anima mea: ꝙ noster iesus: effectus erat: ludibrium pueroꝝ. Alius namq; in eius uenerandam faciem: lutum proiiciebat. Alius caput: aut terga: fuste: tundebat. Alius aquam super eum desursum effudebat. Alter uero impetebat lapidibus. Sed stat patientissimus dulcis iesus: & uelut ouis innocens: quæ ad macellum iugulanda ducitur: ut surdus: pertransit in omnibus. O progenies uiperarũ. O iudei nequissimi: hiccine est honor. hæc gloria. hæc exaltatio: quam uero exhibitis prophetæ: quem tanto pridie extulistis honore: frondes: & uestes in terra sternentes: cum hierusalem introiret? O ingratissimi: & crudeles: qui tantum honorem in tot ignominias: & tanta cõuertistis obprobria. Sed uide: ꝙ nõ sufficit eis: sic eum uerbis iniuriosis affligere:

ſed crucem uaſtiſſimam:ubi configendus fue-
rat:humeris ſuis imponūt. O humilis obediē-
tia mei ieſu:q uere obediens ſemp extitit: uſq;
ad mortem. En cernis : quomodo ſic afflictus
dominus meus laborem nō recuſat:nec onus
reſpuit portare:quod iniungitur. O benigne
domine : O patientiſſime et ſuauiſſime ieſu:q̄
magna dignus es compaſſione:qui totus attri
tus:adeoq; laſſatus: ut uix poſſes ſuſtentare te
ipſum:crucem tam grauem:iuberis collo ſuſci
pere:Et tu obedientimus:q̄uis te impotentem
fore cognoſceres:onus non euitas tam grāde
Vt.n.ferť crux illa ſacratiſſima.xv.pedes habe
bat in altum Onus quidem:etiam robuſto ho
mini graue. Et heu imanitas iudeorum:qui cū
duo latrones ſecum ad locum ſupplicii perge
rent:ad maius eius obprobrium : ſimiliter cru
cibus affigendi:de ipſis non legitur ꝙ cruces
portarent ſuis:ſed ſoli ieſu crucem impoſuere
ferendam. Quomodo hic non clamas o aīa
mea. Vides enim quanta eſt impietas iudeoꝝ.
O grande et admirandum ſpectaculum. Do
minus enim meus propriis humeris ; ſuum de
fert patibulum, O pie domine. O amātiſſime
ieſu:ludibrium perfidis iudeis effectus es. Ri
dent et deſpiciunt te ſeuiſſimi canes: quia pro
uirga regni:lignum tui defers ſupplicii. Quis

tibi non compatiatur dulcis domine? dum regem regum ↄſp.cit:lignum baiulantem. ad ſemetipm̃ figẽdum. quod fixurus eras in frontibus regũ:in quo glorificanda erant corda ſanctoꝝ. Sic igitur noſter ieſus gradit' ad locum ſupplicii:crucem ferẽs humeris. Sed hic o anima mea cõpatere ſapidiſſimo ieſu: quia lento incedens paſſu. ſepius præ ponderis magnitudine & grauedine:demittebat' ad terram. Sed cruciatores peſſimi:nulla permoti cõpaſſione: ſubleuantes ipſum ꝓficiſci cogebant. O tortores crudeliſſimi:nunꝗ quieſcitis a cruciatibus: ſed continue dñm meum affligitis. Heu mihi quia non unicã ſed plures ei infertis mortes. Feſtinate oro:ipſum affigite cruci: ne tantum torqueatis corpus illud:iam fere exangue. Dũ ſic laſſus incederet meus ieſus:ecce ei obuiam uenit dulciſſima mater ei : comitata a dilecto diſcipulo Ioãne:& cara diſcipula maria magdalena. Erantq; cum eis mulieres: quæ & pro matris cõpaſſione & morte & afflictione dulciſſimi ieſu:lamentabant' & flebant. Ipſa nãq; glorioſa mater benigniſſimi ieſu: præſens in loco fuerat cum eius dilectiſſimus filius. a Pilato corã populo perductus eſt coronã ſpineã portans. Cúq; lata fuiſſet ſentẽtia adiudicationis ad mortem. uidẽs tumultum populi:accla

mantis & sequentis iesum : cum duceretur ad crucem:per aliam breuiorem uiā preuenit occurrere:timēs ne accedere posset ad locum.& dolorosum mortis filii sui modum cōspicere. Cūq; incursiue cōspexisset filium.& exqualide faciei ipsius ostēsionibus cordis sui anxietates oppressionēq; duri oneris fuisset intuita.in sincopim resoluta præ dolore filii:in ꝯspectu eius ad terrā decidit.Quod cernens ipse dilectus filius:crucē quā de doloribus matris semper gestabat in corde:uoluit demōstrare.Et licet suū potuisset occultare dolorem:extrinseco tamē signo edere uoluit:& matri comitem existere in pœna.Vnde ibi signis dolorosis & palloribus pretēsis in facie:quasi angustiatus:seminecis:super lapidem ibi positum: quasi deficiens resedit. Tuncq; malefici illi:ipsum ducētes ad mortem:angariauerūt & precio conduxerunt inuitum coegerunt Symonem quendam : patrem Alexandri & ruffi.ut crucē portaret post ipsum iesum.Nunquid hic silebis o aīa mea? Nunquid lachrymas poteris continere? ut nō deficias tota?Habes enim unde multum cōpatiaris dilecto Iesu:& dolorose ei⁹ mr̄i . O clemētissime iesu.O amātissime dn̄e:cur nō ibi tunc ꝑpis aderā;ut crucē tibi portassem . Sensissem

fortasse aliqd doloris: si tuas uidissem pœnas: et cũ mestissima matre: et aliis mulieribus doluissem. O q̈ felix fuissem: si tecum iuxta crucẽ positus: occubuissem. O q̈ hilaris et iocunda mors: cum domino suo mori. Tu forsitan mihi: sicut et latroni: indulgentiam præbuisses. Nam illa hora magna usus fuisti liberalitate. Sed audi benignissimum dominum nihil loquentem matri sue ne eius augeret dolorem. Ad ceteras uero mulieres flentes ait. Filie hierusalem nolite flere super me: sed super uos ipsas flete: et super filios uestros: qm̃ ecce uenient dies: in quibus dicent. Beate steriles: et uentres qui non genuerunt: et ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus. Cadite super nos: et collibus operite nos: quia si in uiridi ligno hoc faciũt: in arido quid fiet. Sic igitur comitatus duobus latronib⁹: ductus est ad mõtem caluarie: qui paululum distabat ab urbe: ubi fuerat erigenda crux. En uides o anima mea: quomodo iesus tuus ad supplicii locum pro te uenit. Quid igitur nõ ipsum conaris sequi: ut & tu crucem tuam baiules post ipsum. Sed o benignissime domine: si uis ut ueniam post te. trahe me post te: ut curram in odorem unguentorꝝ tuorꝝ. Nisi enim pater tuus: et tu: traxeris me ad te uenire non ualeo. Prebe igit̃

mihi auxilium bone Iesu:quia beatus cuius est auxilium abs te. Fac mihi dulcis Iesu crucem portare in corde. Imprime cordi meo amoré tuum:ut nil queram. nil cogitem nisi te solum Iesum pro me misero crucifixum.

ℂ Meditatio de crucifixione acerba dñi iesu facta in monte caluario:⁊ quomodo ipsius vestes a Pilati militibus sunt diuise.



AD montem caluarie duct⁹ est bñdictus Iesus. Felix hic mons: mons pinguis. mons coagulatus mons ĩ quo beneplacitũ est deo: crucifigi in eo. Sed quis ascendet in montem domini:ubi dominus Iesus crucifixus est? Et quidem ĩnocens manibus & mundo corde? Qui amat dominũ Iesum toto corde:tota mente. tota anima. to-

ta uirtute. Hic ascendet in montem: & cum di-
lecto iesu crucifigetur. Qui carnem suam cum
concupiscentiis crucifigit: ille cum dño crucifi
gitur. Opto tecũ crucifigi: o dulcissime iesu do
mine. Prius tamen mihi fore opus scio: ut mi-
hi mundus crucifixus sit: & ego mundo. Sed
iam uideamus o anima mea: quõ noster iesus
crucifixus sit in mõte illo. Vbi igitur peruenit
dulcis iesus ad montem: ubi malefactores pro
suis sceleribus puniebantur: imites illi carnifi-
ces: ipsum dñm rapientes: coram astãte copio-
sa hominum turba: ipsum suis uestimentis ex
poliant. Heu quis non cõpatiatur suauissimo
dño iesu? Conspice quæso sed non sine lachry
mis: dilectum iesum iam pluries ab illis spurci
dissimis denudatum: & nunc quoq; coram to-
to populo: uestibus exutum: & etiam femorali
bus: ad maiorem pudoris cumulum: & frigori
nudus exponitur. Crede equidem q illa expo
liatione: carnes ille sanctissime magnum sense
re dolorem. Renouate nanque sunt uulnerum
fracture: cum uestis intetior ꝓpter flagellatio-
num sanguinem: corpori precioso tenaciter in
hæreret. O iesu mi deliciosissime: quale tunc
apparuit corpus tuum tam eleganter formatũ:
Heu q̈ ulcerosum apparuit: totum cruentatum
& liuoribus plenum. O benigne iesu: quanta

fuit tue passionis ignominia? Nam nudus in cruce positus es: quod nisi uilibus: & abiectis personis fieri consueuit. O mater iesu amarissima: quantus tibi affuit dolor: cum hæc tuis cerneres oculis. Sed super omnia tristabatur mestissima mater: quia dilectum filium: sic ignominiose conspicit denudatum. Vnde ut dicitur. Accessit pia mater: & filio suo approximãs uelo sui capitis eum cinxit: atq; uelauit. O q̃ta putas tunc fuere lamenta gemitus & lachrymæ: quæ pia mater super filio emittebat. Non potuit se tenere: quin filium amplexaretur & stringeret: licet filius suus nil ei loqueretur: ne eius uerba: maioris ipsi fuissent causa doloris. Sed parua mora: licuit meste matri: filio adherere. Nam imites apparitores: ipsum de manibus matris eripiunt. Et extensa ibi super terrã sacratissima cruce: corpus eius preciosissimum super ea supinum reposuere. Moxq; quidam ex eis clauum unum: ibi paratum assumunt: longum: grossum: & obtusum: ac cuspide detruncatum: et præsentantes uenerandum mitissimi agni brachium: apertamq; palmam: ligno iungentes: clauo illo superposito: et ingẽti maledictũ ꝓbentes: ꝑforatam dexterã ligno affixerunt. Heu res horrida dictu: horrorẽ non modicũ ingerẽs audiẽti. Heu q̃ acerba: ut arbi

tror:fixura illa extitit dulcis dn̄e:& qualem im primēs dolorem. Disgregata sunt inuicem ossa omnia:& dissoluta neruorꝶ compago. Heu quid dicam?ut clauus ille acerbum uulnus infixit dextera illa delitiosa sic saucia:statim sanguinem aceruum euomuit:cruorq; densus effluens dexteram ipsam:& lignum cui inherebat penitus madefecit. Sane in illius crucis sanctissime transuersali ligno:duo fuerāt facta foramina tantum abinuicem distantia:quantum manus præciosissime dulcissimi iesu:una distabat ab altera;ut facilius possent claui infigi ligno. Altera igitur manu cōfixa: mox sanguis & humores cuncti:ad manum sauciam decurrunt. Vnde factū est ut attracti sint nerui: adeo ut manus altera ad suum foramē attingere nequaquā posset. Igitur ligata manu cum tenaci chorda:uiolenter traxerunt immanes tortores manum ipsam sinistram:ut simili modo confi gerent;quam & simili perfodientes uulnere:ligno tenaciter inherere fecerunt. Crede quidē nec dubites o anima mea:ꝙ tanto intensior extitit dolor iste secundus: quanto prior nondū remissus fuerat. Vnde dolor dolori additus:ipsum dn̄m in sincopim factum: & uelut exanimem:animā pene exhalare coegit. Tunc distēta sunt omnia preciosissima corporis ossa: &

nerui protracti:ita ut numerari possent:utpote quæ fuerant sola liuida pelle contecta: sangui-ne penitus exhausto. Tunc illud uerificatũ exti tit:quod de eo psalmista ꝑdixit. Foderunt ma-nus meas & pedes meos:dinumerauerunt oĩa ossa mea. Heu res terrifica:affatu horrida o ani ma mea:uidere agnũ imaculatũ tuũ Iesum cru cifixum:tuum regem condẽnatum morte. Ec ce homo mitis & inocẽs:inuolutus in sangui-ne. Intuere queso fixis in illa uulnera oculis: & interna pietate:considera illud corpus sup hor rida cruce grauiter laceratum. Attende & uide si est dolor similis sicut dolor eius. Et licet nõ ignores quid boni illa tibi conferat passio: tñ si quã sunt in te pietatis:si qua compassionis si gna:charitatis pietatis uiscera affecta cõpatere & emitte lachrymas & clamans dic. Vulnera& perfodi cor meũ dulcissime iesu: ut in hiis tuis uulneribus cõquiescat. imprime firmiter cor-di meo dulcissimos clauos illos:cõfige clauis ipsis:carnes meas:Sed nunc ultra ꝓgrediamur Confixis igitur manibus arripiunt sacratos ip sius dñi pedes:& pedem alterum alteri suppo-nentes:clauo longissimo:ligno cõnexere. Ex-timo quidem ꝙ cum ex ossium magnitudine ac duritie:neruorũq; densa congerie: clauus il le nõ facile pedes fodere potuisset:necesse fuit:

ut alio acuto ferro:pedes foderentur. Vel si ip-
so clauo foramen infixũ extitit: uiolentis mal
lei ictibus:dolorem indicibilem: præcedenti-
bus adiecit doloribus. Heu mihi. Heu mihi.
Et iterum:heu:pie iesu. Dulcis iesu. Care iesu:
quomodo te extensum in cruce uideo: Ita ia
ces coangustatus undiq;:ut te mouere non ua
leas:nisi dumtaxat in capite. In hora etenim:
& in tempore illo flebili: spaciosa terræ latitu
do tibi defecit:ut non haberes:ubi caput recli
nares fessum. O bone iesu q̃ acerrimos dolo
res tolleras:& ultra q̃ dici:uel excogitari possit
affligeris. Video te domie mi:nudo corpore:
uento:& frigori expositum:sed uestitum amo
re:& calore inflãmatum:a planta pedis usq; ad
uerticem:a leua in dexteram: interius & exte-
rius cruciatum. Heu mihi ubi iaces mitissime
iesu: Vbi cubas: Vbi residet corpus illud uene
randũ: Quod angeli celi tanto uenerantur ho
nore. Heu q̃ acerbus est hic lectus tuus pie do
mine: q̃ horridus stratus: q̃ asperum sedile: q̃
durum præciosissimi corporis reclinatorium.
Quomodo non iaces confixus cruci. Cerno te
spatulis laceratis super duro patibulo residen
tem:sic afflictum:sic deformẽ: sic despectum:
quasi exanguem: & spiritum emittentem. O
miseranda compassio: & magno fletu deplo-

tanda domini mei afflictio: sic acerrima. Quid fecisti dulcissime domine: ut sic acerbe tractari debeas? Quid mali gesserunt membra illa sanctissima: ut tanta debeant imanitate torqueri? Equidem tu nil peccasti: nil fecisti: nisi qꝛ nimis amasti. Sola ad hoc te compulit charitas. Ego domine: ille fui: pro quo tanta sustines. Et heu me infelicissimum: quia omni plenus ingratitudine: non attendo ad penas tuas. Miserere mei misericordissime domine: quia: ut deberem: tibi minime cōpatior. Nec dolores tuos sentio: quos in tuo præciosissimo corporē: luis pro me. Heu mihi quia nō tanto comprimor dolore: ut tui amore deficiam o bone iesu: sicut tu pro mei amore mortuus es. Sed ignosce quæso clementissime domine: quia cor adest ferreum. Et nisi ipsum mollifices: tibi compati nescit: aut certe non potest. Aut cur non inueho in meipsum miserum. Quippe et omni infelicitate miserrimum: quia pro te dolorem modicum compati nequeo: qui tanta pro me incommoda sustinuisti. Ego dormio in molli strato: & tu iaces super horrido crucis ligno: nudus: et frigoris tempore: dum alii ad prunas sedent. Ego si forte caput doleā tenero suppono ceruicali: & tu benigne domīe: caput tuum sanctissimū: totum tenebratū. totū cruen-

tatum. sup acutissimarũ spinarũ corona reposi tum tenes. Sed audi anima mea: quomodo af fligere non desinunt pium Iesum. Offerũt enĩ sibi uinum myrrhatũ & amarũ cum felle mix- tum. Sed sitiens pius Iesus cum gustasset nolu it bibere. Quid uero putas agebat pius Iesus: dum eum sic crucifigerent? Credo sane: ꝙ ex i- tenso dolore suspiria ab alto trahebat pectore. & gemitus & uoces interdum querulas effere- bat. Cogebat: ut arbitror: uehemens angustia sudores per totum corpus effluere. O dulcissi- me dñe: non erat qui sudorem detergeret. Nõ approximare poterat pia mater. Nec erat qui subsidium preberet aliquod uel solamẽ. Dũq; sic torqueret agnus mãsuetissimus: iam confi xus cruci: cruce adhuc in terra iacente: primum uerbum protulit orans pro suis crucifixoribus & dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt qd faciunt. Hoc primũ uerbũ est quod in cruce ꝓ tulit dñs Iesus. Attẽde o aĩa mea uerba dulcissi mi Iesu. Attende patientiã mitis agni. In tãtis enim pressuris: non querele aut excusationis: aut maledictionis uerbũ aduersus canes illos profert. Sed nouissime uerbum benedictionis quale a seculo non est auditum super inimicos suos effudit. Quid hoc uiro mansuetius? quid benignius o aĩa mea uidisti? Vides quantã trã

quillitatem seruauit pietatis. Non suā attendit iniuriā. non pœnam reputat. Non sentit cōtu melias: sed ipsis potius a quibus patitur ipse cō patitur. A quibus uulneraẜ ipse medeẜ. Vitam procurat a quibus occiditur. O cum quāta mē tis dulcedine. cum quanta spiritus deuotione. In qua charitatis plenitudine clamabat. Pater ignosce illis. Sic clama pro me o dulcis domi ne: & cōmenda me patri tuo dicēs. Pater igno sce illi. Sed sequamur quid de benedicto Iesu in cruce confixo factum fuerit. Erigitur ergo il la crux sanctissima: & in stipite ligneo fixo con figitur. A dextris aūt & a sinistris alie due cru ces: duobus latronibus super ipsis ligatis erigū tur. Cogita o anima mea hic cum grādi cōpas sione & cōmotione uiscerum. quantum tunc dolorē senserit dulcissimus noster Iesus: in cru cis eleuatione. Ex corporis nāq; ponderositate pedum ac manuum uulnera lacerata sunt & di latata: atq; ex magnis illis scissuris & fontibus salnatoris: copiosi undiq; riui sanguinis ꝓflu xerunt. Erat autē crux sanctissima ex lignis tri bus fabricata. Stipex nāq; siue truncus in terra defossus: cui crux erat īfixa: ex ligno cedri erat. Palus aūt siue lignum erectum: de cypresso fu erat. Quod quidē: ut crediẜ: longitudinē quin decim pedum habebat. Transuersale autem li

gnum:de palma.Hæc igitur crux sanctissima solum habebat tria brachia.In summo enim ligni erecti:erat lignum transuersale ad similitudinem littere Thau . Loco autē quarti brachii Pilatus desuper tabulam posuit:quæ de oliua erat.Et hoc est quartum lignum . Erat autem tabula ipsa:unius pedis & dimidii : in qua scripserat Pilatus titulum:litteris hebraicis : græcis:& latinis.Iesus:Nazarenus : rex iudeorum. Ex quattuor igitur lignorum generibus: crux fuerat fabricata:ex cedro:cipresso:palma:& oliua.Significat autem cedrus : altitudinem contemplationis.Cipressus:famam bonæ opinionis.Palma fructum iustitiæ.Oliua uero lænitatem misericordie. Cum ergo legissent iudei hunc titulum : dixerunt Pilato . Noli scribere rex iudeorum:sed quia dixit:rex sum iudeo℞. Quibus respondit Pilatus . Quod scripsi : scripsi.Milites autem Pilati cum crucifixissent iesum : acceperunt uestimenta eius : & fecerunt quatuor partes:unicuiq; militi partem: & tunicam.Habebat autē ipse benedictus iesus duas uestes:uestem.s.superiorem : & tunicam inferiorem . De ueste ergo superiori: quatuor fecerunt partes.De tunica uero:quia comode scindi non poterat : sortes miserunt quis eorum acciperet eam. Vtiliter enim & cōmode: scin

di non poterat quia erat inconsutilis:& sine su
tura:& reticulato opere facta: qualibus indu-
mentis pauperes in palestina uti consueuerāt.
Ideoque ne scinderetur:uni eorum integram:
peruenire maluerunt. Erat autem ut dicitur ad
modum cirotecarum:seu birretorum & quo-
rundam aliorum opere: facta dextrali: quam
propriis manibus fabricauerat beata uirgo. Ip
sa quoqꝫ tunica iesu crescente paulatim cresce-
bat. Et erat desuper contexta per totum: quia
ut dicitur:ad exemplum per totum de panno
alio erat appositum: ad eam fortificandam.
Vnde secundum Chrysostomum hoc dicens
euangelista occulte uestis uilitatem insinuat.
In palestina enim est quoddam genus uesti-
um propter pauperes ex multis pannis conte
xtum:quasi unus pannus super alium. Hanc
igitur tunicam non diuiserunt:ut scriptura im
pleretur dicens. Diuiserunt sibi uestiméta mea
& super uestem meam miserunt sortem. Núc
uertens sermonem ad te o iesu dulcissime cru
cifixe:quem sic in cruce conspicio:spatulis bra
chiis:& apertis ulnis astantem:me peccatorem
quæso:ad te reuertentem: non renuas: sed su-
scipe me ad pedes sacratissimæ crucis. Iam enī
te cerno in cruce: manibus expansis: exten-
sum quasi paratum me recipere:ad amorosum

amplexum tuum. Inter brachia tua uiuere uo
lo:& mori cupio. Ibi securus decantabo. Exal
tabo te dñe qm̃ suscepisti me. Da mihi pie iesu
ut cum apostolo dicere ualeam. Christo confi
xus sum cruci. Confige clauis timoris tui: car
nes meas. Prebe mihi: ut totus totaliter carne
& spiritu transfigar:& crucis tecum affligar pa
tibulo: nihilq; sentiam nisi iesum meũ:& hunc
crucifixum. Et clamabo toto corde. Quis mi
hi det: ut pro te moriar deus me⁹. Mirari te nõ
sufficio bone iesu saluator meus & liberator
meus: qui ut cirographum illud deleres: mani
bus & pedibus cõclauatis: ligno salutifere cru
cis affigi uoluisti: clauis inuictissime charitatis
delẽs per hoc cirographum decreti: quod erat
contrarium nobis:& ipsum tulisti de medio:
affigens illud cruci. O q̃ libenter crucem ascẽ
disti pie iesu: Quantoq; amore omnia ꝓ me su
stinuisti. O cum quãta patientia obedisti. Quã
tumq; pater in tui obediẽtia oblectatus est. O
anima mea quãtas ibi uoces: ac tristes ululatus
& gemitus: ab amicis suis:& præcipue a matre
sua mestissima audiuisses: cum sic crudeliter ex
tenditur. clauatur. & foditur. & toto corpore
dissipatur. O stupor & pietatis abyssus. O cha
ritatis incẽdium. O mira circa me tue pietatis
dignatio. O inextimabilis dilectio charitatis.

Confige timore tuo carnes meas: ut præceptis tuis firmiter ihærēs: semp tibi ɔfixus sim cruci

¶ Meditatio de derisionibus factis per iudeos domino iesu: cum in cruce leuatus esset: ⁊ latrone ipsum blassemā te: ⁊ de secundo verbo: quod in cruce iesus ipse protulit.

IAm erectum est salutiferī crucis uexillum. Iam stat agnus innocentissimus in cruce suspensus: pedibus: & manibus conclauatus. Ipso quoq; benignissimo iesu sic crucifixo erigūtur & due alie cruces: una a dextris ipsius: altera a sinistris in qbus & duo affigūtur latrones. Posuit autem Pilatus sup crucē tabulam: litteris hebraicis: græcis: & latinis conscriptā: talem continentem titulum. I. N. R. I. Quem titulum: ubi iudei perlegerunt inuidi: dixerunt Pilato. Noli scribere rex iudeoꝶ: sed quia dixit: rex sum iudeoꝶ. Quibus Pilatus respondit Quod scripsi: scripsi. Tunc milites qui eum crucifixerant: sumptis uestimētis eius: uestem in quatuor diuisere partes: & singulā partem quisq; accepit super tunica uero quæ incōsutilis erat: desuper cōtexta per totum: sortem miserunt: quis eoꝶ eam acciperet: nolentes eā scindere. Vt impleretur scriptura dicens. Diui-

ſerunt ſibi ueſtimenta mea:& ſuper ueſtẽ meã miſerunt ſortem. Stabat autem populus expe ctans:& deridebant eum principes cum eis di centes. Alios ſaluos fecit:ſeipſum ſaluũ faciat. Si hic eſt xp̄us dei electus. Illudebant autem ei & milites:accedentes. Et acetum offerentes il li dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ ſaluum te fac. Prætereunteſq; blaſfemabant eum: mouentes capita ſua:& dicẽtes. Vah qui deſtruis templũ dei:& in triduo illud rehedificas : ſalua temet- ipſum. Si filius dei es:deſcẽde de cruce. Ipſoꝝ quoq; latronũ:qui crucifixi erãt cum eo: alter blaſfemabat eum dicens. Si tu es xp̄us ſalua te metipſum:& nos. Reſpondens autem alter:in crepauit eum dicens. Neq; tu times deum qui in eadem dãnatione es. Et nos quidem iuſte. Nã digna factis recipimus. Hic uero nihil ma li geſſit. Et dicebat ad ieſum. Dñe in mẽte me habe:dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ieſus. Amen dico tibi : hodie mecum eris in paradiſo. Nunc penſemus hic pauliſp̄ o ani ma mea anteq̃ ultra progrediamur. Rumine- mus omnia hæc:& ſæpius mẽte reuoluãmus. In his diutius ĩmoremur : & hiis ſapidiſſimis paſcamur epulis. Redi ad te o mens mea:quæ ſic uagaris. Dirige te:& totum te conuerte ad dilectum ieſum tuum:in cruce pendẽtem. Ve-

nite lachrymæ meæ & faciem meam obruite: uestro imbre. Venite ad pedes dulcissimi iesu: in cruce confixi. Et sicut de pedibus eius sacratissimis: & manibus: sanguinis fluuius ad terram defluit: sic fluāt de oculis meis lachrymæ & cum sanguine uulnerum dñi mei cōmisceātur. Venite o gemitus crebri: & dolentia suspiria: a cordis profundo prodeuntia. O cor meū saxeum: & durius adamante: scindere: & totū liquefias. Ecce etenim in cruce sic acerbe confixus pendet dulcissimus iesus. Nudus iacet dilectus noster in patibulo: sicut exiuit de utero uirginis. Quomodo nō madescit tota lachrymis facies mea: dum faciem illam intueor iesu mei? Conspice ipsam: triformi colore depictam. Ibi candor uirgineæ carnis. Ibi nigredo quia liuida tonsionibus flagellorum. Ibi rubor cruoris effusi. O clemētissime iesu: q̄ multa occurrunt compassione digna. Quāta te pati conuitia uideo dulcis iesu. Non sufficit hiis iudeis īpiis: tanta in te exercuisse ludibria: qb⁹ tota nocte: & usq; ad horā: qua te paciētissimū cruci affixere: aīam tuā repleuerunt: imo & oī pudore reiecto: scelerati pīcipes sacerdotū: cū scribis: & seniorib⁹ iudeoꝝ: de ciuitate exeūtes ad locū crucifixionis: tibi agno māsuetissimo insultare nō erubescunt dicentes. Vah: qui de-

ſtruis templum dei. Et alia q̄ plurima conuitia cumulantes. Et impetu ducti furibundo: ad tā tam proruperūt inſaniam: ut in feſtiuitate die rum ſanctoꝝ: non erubeſcentes populum: con tra oēm conſuetudinē: exierunt ad locum ſup plicii: morientis iuſti. Inſuper & inſania miſe randa repleti: in dilectum ieſum morientem: contumelias iniciunt: & obprobria exclaman tes magnis uocibus: contra pium ieſum: per to tum corpus: ſanguine madefactum. Sed atten damus & intueamur o anima mea: benigniſſi mi ieſu largitatem īmenſam. Ecce quid inquit & ſecundum uerbum: quod protulit in cruce leuatus: Ecce paradiſum promittit latroni di cens. Hodie mecum eris in paradiſo. O bone ieſu: quam largifluam charitatem huic latroni demōſtraſti. Dulcis ieſu licet tota uita tua: fue rit noſtræ redemptionis meritū: in tuæ tamen mortis acerbo ſupplicio: facta eſt electoꝝ co pioſa redemptio. O felix latro: ſuper quem di uina bonitas mira liberalitate ſic effuſa eſt. O quam affluenter repletus extitit muſto inebriā tis amoris dulciſſimi ieſu. O q̄ excellentes tibi īnfuſæ fuere uirtutes. Credidiſti dei filiū: quē uidebas ut hominem infirmum cōtumelioſa morte finire. O grādis fides: ab illo ſperaſti ſa lutem: quem in corpore ꝓprio: omni cernebas

uirtute priuatum. O quanto charitatis ardore dilexisti crucifixum iesum: quem tibi paradisum pollicentē audisti. Quicquid habuisti: o latro uenerande: ipsi iesu imolasti: in sacrificiū perfecti amoris. Manibus enim: & pedibus crucifixus: non nisi de corde: & lingua: eidem seruire potuisti. Vnde & merito saluator tibi promittit: q̄ hodie secū eris in paradiso. Attēde o aīa mea q̄ singularia priuilegia gratie in hoc latrone fulserunt. Solus enim inter mēbra xp̄i passus est crucis suppliciū: quia crucifixum associauit. Solus cū gloriosa uirgine: iesum morientē fleuit: ut deū. Ipse quoq; ī cruce pendēs ī nocentiā iesu publice p̄dicauit: increpans sociū scelestū: & malignos pricipes iudeo℞: post tā duras ꝯtumelias illatas saluatori: non saciatos de eius suppliciis: aspera īcrepatione cōfundēs Vnde benignus iesus singulariter dixit. Hodie mecū eris in paradiso. Per hoc insinuās: q̄ ip̄m tunc rex crucifixus: sic collateralē militē: secū strenue cōpugnantē: ad regnū celeste p̄ducere uoluit. Obsecro igit̄ te benignissime iesu: ut sicut hic latro potentissimus: tecū in cruce mortuus: tecū socius: aduenit ad regnū tuū. Sic mihi tribuas peccatori ipio: uero latroni ut tibi p̄fecte cōmoriar. Et de his quæ erga te cōmisi: p̄fecte doleam: sicut ipse: ut tua benigna miseri-

cordia eidē latroni:in fruitiōe tuæ uisiōis btē:
soci⁹in padiso ꝯiūgar. Et ut facili⁹assequ possim
dulcis dñe:tui amoris ignē in me accēde. Hoc
eni feruētissimo amore tuo:ardēs hic latro sā-
ctissim⁹:ausus est dicere. Memēto mei dñe:cū
ueneris in regnū tuū:ꝓpter qđ qa dilexit mul-
tū:dimisisti ei pctā multa. O bēigne iesu nōne
grādis tibi iesse debuerat dolor:cū de toto tuo
rū discipuloꝝ cœtu:totqꝫ tuis ꝭmonib⁹ & exē
plis ac miraculis ꝯuersoꝝ:nō unus īueniret:q
in te pfecte crederet:ut tibi in cruce pēdēti:cō-
passionē īpēderet:tuaqꝫ tā acerba tormēta de-
fleret. Quinīmo hoc solo latrone:te ī cruce ꝯfi
tēte oēs dilecti hīcinde dispsi:solū te in cruce
morietē liquerūt:solo Ioāne dūtaxat excepto
qui & iuxta lat⁹tuū dolorose deplorās : deita-
tē tuā plena fide nō credidit. Vbi eras tu o La-
zare de nobilib hierusalē. Timebas forsitā:ne
tibi uitā reddere posset:ꝑ ei⁹amore expositā:q
eā tibi reddiderat:nature ꝯditiōe sublatā. Vbi
& uos eratis o cæteri : q ab eo tot corpalia &
spūalia bñficia recepistis. Defleam⁹ergo o aīa
mea iesum nrm:sic solū in cruce relictū Nō. n.
est inuētus qui redderet deo gloriā dignā mo
rienti:nec sibi cōpateret:nisi hic alienigena la
tro. Voca igit me o dulcis iesu:& trahe me ad
crucē tuā:ut tibi comes existā cum latrone: &

te cum ipso ꝯfitear:& crebro lachrymaꝝ pro-
fluuio:tibi sic morieti cōpatiar. Et scelera mea
deplorare nō cessans:dicā:dñe memēto mei:
cum ueneris in regno tuo. Et tu mitissime dñe
qui latronem non spreuisti:meq; suscipias: &
tua benigna miſicordia:in regno tuo me col-
loces cum latrone.

¶ Meditatio de planctu gloriose vir-
ginis Marie iuxta crucem: cum Ma-
ria Magdalena:ꝛ Johanne euangeli-
sta. Cum dominus Jesus in cruce leua-
tus esset:ipsius quoq; domini Jesu fle-
bili compassione ad matrem. Et de ter-
tio verbo qđ in cruce protulit.



VIdimus & mirati sumus o aīa mea dilectum iesum: in cruce pendentē: & ipsos iudeos cōtra eum multiformis ꝯuitiis & derisionibus insultātes: latronēq; ipsum cō fitentē deum: misericordissimū iesum: celoꝝ sibi regnū ꝓmittentē. Nunc oculos circa crucem giremus: & uenerādum cetum deplorantium pium iesum deuote intueamur: ipsisque iungamur: & secū dilectum iesum defleamus. Stabat iuxta crucē iesu mater eius: & soror matris eius Maria cleophe: & Maria magdalena: & discipulus Ioānes: quē diligebat iesus. Quæ mens ita arida: sine lachrymis & suspiriis reminisci poterit: ineffabiliū doloꝝ acerbarūq; angustiarum gloriose uirginis. O uirgo sanctissima ꝓbe mihi lachrymaꝝ ꝓfluuium: & trahe me tecū ad crucē dilecti iesu: ut tecum amarissime fleam. Edissere mihi imēsos dolores tuos. O uirgo beatissima: ut ex eoꝝ narratione ego quoq; ad gemitus ꝓuocer: & crebros singultus. Cerno te o dulcissima dn̄a: iuxta crucē dilectissimi filii tui: & dn̄i mei stantē: gemebundam: & inenarrabili dolore confectā. Quo ergo miser ego: sine cōpassione trāsibo: dum te sic plorantē aspicio: & agnū inocentissimū intueor: pendentē in altū expansis manibus & crucis ligno cōfixis. Manat undiq; sanguis: ex

corpore illo sanctissimo. Facies generosa tota madescit sanguine: qui descendit ex capite co rona spinea pforato. Frons illa angustissima prius imenso rutilans fulgore: modo ex fora minibus & pūcturis plena: undiq cruoris emit tit stillantes guttas. Stant sparsi hincinde ꝓcio si crines: incōpti: & sine ullo ordine: in globos reducti: & dēsitudine sanguinis coagulati. Stat inferius iuxta crucē mater eius dulcissima: qua si exanimis: & mortiferꝝ gestans colorē: faciē ferens totā lachrymis irrigatam: dolentes effe rens gemitus: & de ꝓfundo cordis alta trahēs suspiria. Erigit sursum oculos: ut aspiciat dile ctum filiū sic pēdentē. Cernit serenissimā eius faciem: totā sanguine exundantē. Videt & san guinis aceruos: de sacratis manibus & pedibꝰ incessanter effluere: uelut pluuiā ex domorꝝ te gulis decurrentē. Et corā se terrā inferius aspi cit: totā sanguine rubricatam. Heu quæ lingua fari: quis calamus scribere. Quæ ue mens pote rit cogitare: amaritudies dolorꝝ uisceribus ma tris inflictas? Equidem doloris sui: in amore fundati fuerāt. Vnde & rōnes amorē intendē tes intendebāt pariter & dolorē. Tāto plus do lebas o dulcissima dña: quāto plus diligebas: quia ipsum noueres filiū dei: ex te naturaliter genitum. Ita dolebas uehementer: aspiciens fi

lium dei: sic horribiliter tractari: uillificari: & occidi in assumpta natura: & de tuis ꝯcepta ui sceribus. Dolebas uehementer: o dña gloriosa: aspiciens ꝙ dilectus filius tuus. omnes dolores in se portabat: & sicut benignissimus filius tuus oium redēptor fuerat. Ita tu oium genitrix: mediatrix. recōciliatrix. excusatrix: & aduocata oium pcōꝶ. Tm̃ a scō spiritu recepisti imissum dolorē: q̃tum sufficiebat ad mundi ingratitudinē excusandā. qa sic dura morte: de mundi fabrica: suū expellebat auctorē. Dic mihi o dña mea dulcissima. uoces lamētabiles q̃s efferebas. oculos sursum eleuās ad pēdentē iesum. Sane ut extimo. nō poterat ex dolore plene uerba ꝓferre: sed q̃s poterat submisse: q̃rulas emittebat uoces. Nunc filiū alloquēs. Nūc ad p̄rem lugubrē dirigens sermonē. Hæc uel filia ad filium ꝓferebat uerba. Fili dulcissime qūo te uideo ignominiose tractari? Heu mihi misere: q̃ acerbis: & grauibꝰ penis: deficere te ꝯspiciō Mors tua nō mihi penā affert: sed angunt me tormenta: q̃ pati te cerno. Attamen & dura est mihi mors tua. quā ꝓpinquā fore uideo. Asperū mihi qppe est: ut a te separer fili dulcissime. Quis eni mihi solatiū ampliꝰ dar̄ poterit. Quis mihi ꝯsiliū p̄bebit aut subsidiū. Vita decetero tedium mihi erit cum a te dimissa fuero. Susci

p̄e igitur fili dulcissime matrem tuam: ut tecū moriar in cruce. Dehinc uirgo gloriosissima: sursum ad celū erigens oculos: crebra efferens suspiria: deum patrē sic alloquebat̃. O deus oīpotens: nunq̄d ego sola mater & tu nō es huius dolorati et tui unigeniti pater eternus. Cur igit̃ me solā flere p̄mittis. Vbi quæso est amor tuus quē in mōte exp̄sisti dicens: hic est filius meus dilectus &c. nunq̄d. Quia a iudeis reiectus. A discipulo traditus. Ab ap̄lis relictus. Et quia spinis coronat⁹. Quia facie ꝯsputus. Quia toto corp̄e flagellatus. Et q̄a nūc diris cordis & corp̄is dolorib⁹ cruciatus ideo tuus desinit esse filius. Ecce quia nulla ad ip̄um cōpassione moueris. Nūquid ego sola īfelix debeo flere filium quē non solū possedi dilectū. Cur mihi matri societatē frāgis: qua me tibi p̄ spiritū sanctum in m̄rimoniū suscepisti in unius generatione dilecti. An q̄a deus es: ideo bonus nō es. An quia omnipotēs es: insensibilis es. An quia tu ubique præsens es non intueris obprobria & dura cordis iacula atque angustiosa cordis uulnera quæ p̄sona dilecti filii mei sustinet in assumpta natura. Noli sic īmisericors esse pater quia p̄r es mīsericordiaꝶ & deus totius ꝯsolationis. Solare paulisp̄ dolentem matrem ipsamque associa solitariam atq̧ mestissimā quā us-

que nnnc in obsequis filii tui fidelem probasti ancillam: & super quã tue dilectiõis uiscera effudisti. Hæc & quã plura similia ꝓferẽs uerba mestissima mater sursum sæpius leuabat manus si dilectissimũ posset ꝯtingere filium. Sed præ crucis altitudine non ualens attingere ingenti doloris angustia: ad terrã cadere cogebatur. O bone iesu miserere mestissime matri tue Quid putas o aĩa mea tunc agebat pius iesus: cum sic mestam: & lugubrẽ cernebat matrem. Quãto existimas cõpassionis feriebaẜ tello: qñ materna contuebaẜ uiscera: oĩ sue cõpassionis amaritudine plena. Necnõ & ipsam faciẽ pallidã & quasi sine morte mortuã: suiqꝫ sacratissimi sanguinis manibꝰ ac uestibus ac facie cruẽtam: gemitibus anxiã: uocem raucã lachrymis profluã: casuum ictibus ex uolũtate: ipsum tãgendi: colisam: oĩqꝫ cõsolationis societate priuatã. O benignissime iesu: uere magnã & nouam amaritudinis crucẽ ex tue matris consortio tali pro nobis peccatoribꝰ assumpsisti. Meditare o aĩa mea: sed non sine lachrymis uenerandã illam cunctionẽ: lugubrem mestã. & ineffabilibus refectã doloribus gloriosissimã uidelicet genitricẽ: dilectum discipulũ Iohãnem caramqꝫ discipulã Mariam magdalenã oẽs iuxta crucẽ acerbum facientes lamentũ. Et dul

cissimum iesum supra in cruce confixum eoꝝ gemitus lachrymas: & amara suspiria intuentē Ipsum quoqꝫ iesum ex cōpassione materna lachrymas effūdentē secum. Heu quæ mens torpida quæ tota non resoluaꝭ gemitu: & fluuiū non effluat lachrymaꝝ. Cōsiderans & deuote intuens hunc agnum mansuetissimū in cruce confixū & sanguine & lachrymis: totum aspersum. Fluebant ex illis limpidissimis oculis: crebertime lachryme: & ex fronte serenissima gutte sanguinis decurrebant quas corona spinea: quæ totū caput cōfoderat exire cogebat: sicqꝫ lachryme sanguini admixte sacratissimā irrigantes faciē supra matrē inferius residentē decurrebant. Quid igiꝭ mirum: si totum maternum celebrum defluebat in lachrymas qñ & totum: filii corpus fluere sanguine: & oculos eius in lachrymis quasi fontes effluere suo doloroso contuebaꝭ aspectu. Quis etiam dicere ualeat quātis cōfodiebanꝭ doloribus quātisqꝫ suspiriis angebanꝭ: dilectus discipulus Ioānes & Maria Magdalena: q ab ipso bono iesu tot signa dilectionis acceperāt. Credendū sane qđ hii duo dilecti totaliter resoluebanꝭ in lachrymas & mentis eoꝝ ꝑcordia: intenso scindebātur dolore aspicientes: dilectū: tam doloroso flere ploratu: totūqꝫ laceratū & sanguine cruē-

tatum in duro sui corpis cruciatu. Heu quis te ferat laměta & querula uerba: Magdalene erga dominum iesum dilectum. Arbitror quidem ꝙ copiosis resperſa lachrymis & singultibus plena æthera clamoribus rumpebat dicens. O care magiſter. O singulariſſime domine mi. O unice mi benefactor: iam amplius sine te uiuere nesciam. Heu me miseram quia cerno ꝙ a me separaberis dulciſſime magiſter. Heu quantis te uideo penis affligi. Horrorem mihi ingerunt quæ pati te uideo magiſter optime. Aſpicio caput tuum quod unguento perunxi modo fractum perfoſſum & uulneribus plenum. Cerno manus & pedes quos lachrymis rigaui nunc sanguine cruentatos. Plura alia efferebat uoce querula & flebili dilecta diſcipula. Nec modico etiam dolore compreſſus fuerat carus diſcipľus Ioãnes. Plorabãt ĩsimul: oẽs ĩdicibili merore cõpti. Vere o dulciſſime dñe hii ꝙ te feruẽtiſſime diligerent demõſtrabant: qa te uſqꝫ ad mortẽ imo quouſqꝫ fuiſti sepult⁹ nõ liquerũt: sed ꝯtinuo secus crucem ſtãtes: cum lachrymis singľtib⁹ ſuſpiriiſqꝫ intẽsis oĩa cernebãt quæ dilecto ĩferebant magiſtro. Audiebãt uoces illas terrificas iudeoꝝ ꝯuitia quoqꝫ ĩproperãtiũ. Hæcqꝫ dolorem cumulabãt dolori cum dñm suũ nõ solum ora

mẽtis & penis i n corpe: sed etiã obprobriis cõ
spicerent cruciari. Nũc ad meipm me conuer-
tens quid dicam: o benignissime iesu. Heu me
infelicem qa ꝯsidero & cogito matrem tuam
& caros discipulos: te iuxta crucem plangẽtes
& secum nõ defleo ut deberẽ. O dulcissime ie
su: cur nõ ibi merui p̄sens esse ad crucem tuam
Forsitan plus plorassem: cum carã genitricem
& discipulã flentes ꝯspexissem. Sed & si ibi nõ
o benignissime dñe potero & modo si p̄stite-
ris & te in cruce aspicere pendentẽ. O pie dñe
da capiti meo aquã & oculis meis fontem la-
chrymaꝝ qa aliunde haurire aquas nõ potero
nisi de fontibꝰ tuis saluatoris mei. Caligẽt ocu
li mei a fletu meo. Exite exite lachryme & irri
gate pedes dñi. Cur erubesco ipius lachrymas
effundere pro cõpassiõe xp̄i mei. Ipse eni pro
me ꝯtinuo fleuit: toto uite sue decursu. Conti-
nuum habuit spũalem fletum ꝯtritionis offen
sionum meaꝝ Fleuit quoq; nõ solũ fletu mẽ
tali: sed & corpalibꝰ oculis fleuit puulus in p̄se
pio & in matris gremio sæpe martyrio uagi-
tus dedit. O benignissime Iesu qualibus agita
batur affectibus mens illa uirginea: cum te de
um paruulum sui ueteri filium in brachiis su-
is flentem cernebat. Puto eqdẽ ꝙ ipsa copiosis
simis lachrymis tuis fletibꝰ iungebat. Bone ie-

sui qd fecisti. qd docuisti. & dixisti. btī q̄ lugēt
Nō igiť teip̄ in hmōi btitudis bn̄dictiōe priua
sti. Et nō solū in uita abūdauit in te flet⁹ ut ī re-
surrectiōe Lazari: & ī aspectu ciuitatis īsipide.
sed q̄ maxie in patibulo crucis abunde fleuisti
qđ & apl̄s Paulus testat⁹ est dicēs. Cū clamore
ualido & lachrymis teip̄ i offerēs expirasti Si
igiť tot lachrymas ꝓ me fudisti o iesu mitissi-
me. Nōne ego īgratissim⁹ cēsebor si tecū nō lu
geā tibi talr̄ afflicto cōpatiens. Trahe me o bo
ne Iesu ad crucē tuā: ut tecū & cū dulcissima ge
nitrice tua carisq̄ discipulis lachrymas īcessan-
ter fundā. At nūc ꝓsequamur dolores uirginis
gl̄iose. Plāgit fili⁹ dilectus ex cōpassione mr̄na
Plāgit mr̄ & discipuli. Et benignissimus filius
ut dolorē mr̄is aliqualr̄ mitigaret submissa uo
ce: paucula hec edidit mr̄i uerba. Mulier desine
flere: & mesta esse nec mea morte tristeris. Nā
ecce hic dilect⁹ discipulus meus Iohānes filius
tuus erit. Deide dicit discipulo. Et hæc mater
tua erit. Hoc quoq̄ tertiū uerbū extitit qđ in
cruce ꝓtulit pius iesus. O q̄lis doloris gladius
fuit uerbū istud gloriose uirgini. Ipsa igiť uix
ualēs: uerba formare suspiciēs in benignū filiū
tota lachrymis madefacta tremula uoce dice-
bat. Heu quæ sunt hæc quæ audio fili dulcissi
me. Modica sunt uerba sed acerba qdē & cor

dis mei uiscera penetrātia. Heu me miserā q̄le cōmerciū. q̄lis cōmutatio iā ecce datū mihi audio discipl'm ꝑ magr̄o. ſuū pro dn̄o. mortalē pro imortali. creaturā ꝑ creatore. filiū zebedei ꝑ unigenito filio dei. Sed aliquātū consolata post multos gemit⁹ & querula uerba tādē dilectū discipulū assūpsit in filiū. Ipseq̄ discipl'us eā acceptauit ī matrē. O sctē & deuote discipule q̄ dulciter a dn̄o iesu fuisti dilectus tā in ceteris q̄ in recōmēdatōe mr̄na. Eqdē nō mediocriter ampliatiōe uirtutū ditatus fuisti hui⁹ sacratissime mr̄is uirtutib⁹ & excessiuis meritis eiusq̄ cordialib⁹ affectib⁹ īsertus ex hac unigeniti filii sui recōmēdatiōe p̄cipue. Te igiť oro dilectoꝝ dilectissime & uere dilecte Ioānes: ut me peccatorē in possessionē sacratissimi bn̄ficii mr̄ni amoris ꝑrectiōis & lauacri & suaꝝ sacraꝝ uirtutū optati ꝑricipii ꝯtinuis apud ipsā patrociniis ītroducas ut uel modicū possit pūgi insensibilitas cordis mei dolorata memoria mortis iesu: ut sicut piissima mr̄ tua ipsi⁹ filii sui moriētis assistēs: tota cordis īternis uiscerib⁹ r̄soluta fuit sic & mihi peccatori impetra ab hac misericordissima mr̄e nr̄a ut aridū meū sibi secū liq̄factione totū ī cōpassiōis lachrymas resoluať. Teq̄ oro o uirgo clemētissima collige sāguis lauacrum tui filii quo tanq̄ forti lassiuio possis meas ab

luere maculas collige tue faciei pallores suorum uulnerum dolores sue lamẽtatiõis cordialis dolores iextimabilesq; anxietates cõpatere dulcissima mr̃ mihi misero. Nã amor isatiabilis boni iesu q oĩ mõ semp opatus est meã salutem meis iã cõpatiens lapsib⁹ apud suã ppriã iustitiã efficacem te mihi ꝯstituisti aduocatã. Quicquid eñi uolueris ab eo ĩpetrare poteris. Sed hoc unũ a te postulo pia mr̃ ut pro me ĩpetres a dulci iesu ut totus in eius filii tui amorem ardeã: ut secũ cõmoriar secũ crucifigar ubicunq; me uertã dulcẽ iesum crucifixũ reperiã q̃cunq; cõspexero eius plagas ĩtuear & continuo meo cordi ĩpressas defferã: ipsorũq; uulnerum sanguĩe sic inebrier: ut cæterorum oblitus nil aliud cupiã nisi dulcẽ iesum: & hunc crucifixũ. Cũq; sic cõputatũ hũero ipm teneã cũ tenuero nõ pdã sꝫ ꝯtinuo ĩ eo eiusq; p̃ciosis uulnerib⁹ cõquiescã.

¶ Meditatio de obscuratiõe solis circa horã nonã: & de quarto verbo quod protulit in cruce dominus iesus.

PEndet in cruce: lux mũdi quæ illuminat omnẽ hoiem uenientẽ ĩ hunc mundũ. Pẽdet agnus ĩnocẽtissimus: q fecit solẽ in ptãtem diei. Et sol ipse p̃fulgẽs dũ sic acriter suũ pati cernit auctorẽ p̃bere desinit terris splẽdorẽ suum. A sexta eteñi hora in qua dñs iesus

leuatus est in cruce obscuratus est sol usq; i horā nonā: & tenebre facte sunt sup uniuersam terram. Vides: o aīa mea: qūo & celestia corpa de morte dñi iesu tristata fuere. Ipse uero dulcissimus iesus paululū ante horā nonā lassatus penitus & afflictus clauo4 uulneribus īportabilem sibi ifigentibus dolorem ex multitudine sanguinis qui pene totus p uulnera effluxerat præciosa pp sudores quos ex angustia magna perpessus fuerat & subsecutum frigus rigidus & totus attritus caput erectū tenere nō ualens omnique se diuino suffragio prorsus priuatum conspiciens erigens sursum oculos ad celum uoce magna clamauit dicens Hely hely lamazabatani q interpretatur deus meus: deus meus ut quid dereliqsti me. Clamabat dulcissimus iesus suspensus in sanctissima cruce. Pater sancte deus meus respice in me quia me dereliquisti in tanto mentis suspirio & merore. Quid me sic acerbe affligi ita ut deficiam nec unde respirare habeam permisisti. O pater mirifice quid me in tanto angore dereliquisti qui non derelinquis clamantes ad te & qui non derelinquis præsumentes de te. Crede quidē o aīa mea q ex multimodis afflictionibus & coaceruatis tōsionibus & p̄ssuris q̄ sine requie noster iesus perpessus fuerat magnā

patiebaẽ exterius amaritudinẽ. Sed lõge plus cruciabaẽ interius pp nostrã ingratitudinẽ. O bone iesu tu tanta pro me pateris grãdes sunt pene qb⁹ afficeris. Acerbi sunt claui qb⁹ cõfode ris. Et cũ tãtus sit dolor exterior itetius tñ plã rus est grauior dum meã cernis igratitudinẽ. Sed qd dicã ꝓciosissime iesu dũ te in tãta posi tus angustia cerno ad patrẽ clamantẽ cur me dereliqsti. Nũquid erga meipũm isurgã. Nun quid nõ inuehã ꝯtra memetipm qui si qñ me aduersis qbuscũq; & tribulationibus opꝑssum sentiã ad modicũ patiẽter ferre nõ ualeo: a te si qdẽ me arbitrans derelictũ. O suauissi me ie su forma patiẽtie speculũ hũilitatis. Si tu uni genitus eterni patris filius in tãtis positus affli ctionib⁹ relictus fuisti a deo: ego miser uermi culus qd quærar si uidear derelictus: cũ tñ sciã ꝙ mecũ es in tribulatiõe eripies me & glorifi cabis me: & q iusta es hiis q tribulato sunt cor de. Scio igiẽ qd faciã cũ me aduersis obsessum persensero cõfugiã ad crucẽ dñi mei iesu. Fu giã qppe ad pedes sacratissime crucis ubi cla mantẽ audiã iesum meũ deus meus: deus me⁹ ut qd dereliqsti me. Sic igiẽ facies. O aĩa mea cũ te corpore uel tedio uel accidia uel alia qua uis molestia affici senseris noli ꝓpterea diffi dere aut desistere a studio spũali. Sed ꝓpera ad

crucē dilecti Iesu. Sede ad pedes dulcissimi iesu. Leua oculo sursum respice:& dum clamātem audieris dilectū Iesum. clama & tu ad ipm dicēs. Trahe me post te o dulcis Iesu: ut currā i odorē unguētoꝝ tuoꝝ. Nō ꝯcidas aīo: nec tristior q̄ oportuerit fias: sed iuuātis reqras manū & clamās dic. Auertisti faciē tuā a me & factus sum ꝯturbatꝰ. Sed tu o bone Iesu qui nō derelīquis sperātes in te: cum defecerit uirtꝰ mea ne derelinq̄s me. Si sic pulsans īstiteris nō exibis uacua: sed facta ꝓmptior & alacrior dices: uiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cum dilatasti cor meū Tu igiť o bone Iesu in angustia tribulatiōis positus qui clamas ad patrē. Deus deus meus ut quid dereliq̄sti me: da mihi in oī tribulatione mea & angustia ad te clamare: nec me patiaris uelut derelictū a tua misĩcordia reprobari. sed exaudias de celo uocē meā: & facias cum tribulatione ꝓuētum ut sentiēs me tua miseratione saluatū: cātare possim gloriā & laudē tuā dicēs Voce mea ad dn̄m clamaui: uoce mea ad dominum deprecatus sum & intendit mihi.

¶ Meditatio de quinto ⁊ sexto ṽbo qd̄ ꝓtulit in cruce dn̄s iesus. videlicet. Sitio ⁊ ꝯsumatum est.

AVdisti o aīa mea dilectū iesum in tanta

angustia positum in cruce clamanté ad patré. Deus deus meus ut qd dereliqsti me. Post ipsa uero uerba cum magno mētis angore ꝓlata: s̄monē ad iudeos uertit dicēs. Sitio. Aderāt āt ibi gentiles milites .s. Pilati q linguā hebraicā pfecte nō nouerāt. Vnde ut audierūt ipm iesū clamanté Hely hely: putauerūt ꝙ Heliā in suū auxiliū inuocaret. Et dicebant ad inuicē: Heliā uocat iste. Mox uero ut dulcis iesus dixit Sitio unus ex ministris currens accepit spongiā: ipsamqꝫ in uasculo quoddā qd' ibi aderat: aceto plenum cum felle imergēs circūposuit eā cuidā calamo sursumqꝫ leuabat: ut potum tā acerbum p̄beret suauissimo iesu. Fuerunt eni q dicerēt crucifixos citius mori: si acetum cū felle biberent. Ideoqꝫ milites acetum posuerunt ut citiꝰ a custodie liberari possent si citiꝰ morerent̄. Qui aūt ibi aderāt eum ꝓhibere uolebāt dicētes. Sine uideamus si ueniat Helias liberās eū. Ipse uero minister dicebat ad illos. Sinite me facere: talē eni ei p̄beo potum ꝙ os eiꝰ torquebit: nec ipediemus quominus uideamus an ueniat Helias quē uocat. Cum aūt gustasset iesus acetum eiꝰ delicatissimo ori porrectū addidit & sextum uerbum .s. Cōsumatum est. Consumate .s. erant oēs scripture quæ de ipso locute fuerāt. Sed siste hic paulisp ō aīa mea. nūquid

enim modica est adhibēda cōpassio dilecto ie
su. Nunqd poteris ꝯtinere lachrymas qu omi-
nus gemens & suspirans loquaris ad dilectum
iesum dicens. O amātissime domine. O præ
ciosissime domine iesu: quam magna dignus
es compassione. Qui usque ad uite tue ultimū
omnia sustinuisti incommoda: & in tuis tam
multiformibus pressuris nullum refrigerium
recepisti. O impietas nepharia. O crudelitas
detestanda perfide gentis iudaice. Denegatur
enim poculū aque frigide domino meo mori
enti qui potens est dare aquā uiuā: quā qui bi-
berit nō sitiet in eternum. Heu dolor: heu com
passio miserāda. Aliis scelestis quibuscūq; ulti-
mo deputatis supplicio potus nedum aque sed
nec uini denegat. Et ut arbitror hiis qui cum
iesu pēdebāt latronib9 mīme denegatū extitit.
Sed dilecto iesu sic afflicto sic fatigato aq̄ mo-
dica ꝓhibet. Immo illi9 loco acetum cum felle
amarissimo propinatur. Vtinam ibi fuissem
benignissime domine: ut potum tibi potuis-
sem dare: cum lachrymis in mensura. O ma-
ter iesu amarissima. O dilecta discipula. O ca-
re discipule Iohannes: qui ad pedes statis sa-
cratissime crucis: Qui omnes fluuium effundi
tis lachrymarum: iuuate dulcissimum Iesum.
Cur non datis potum dulcissimo Iesu.

Aruit enim tamq̃ testa uirtus eius & ligua sua adhesit faucib⁹ suis. O q̃tus dolor uobis ut ar bitror ierat cũ sic sitientẽ audiebatis dilectum nec ei succurrere poteratis. Credas sane ꝙ dile ctus iste iesus uehementẽ patiebat͛ sitim nedũ spũalẽ sed & corpalẽ. Cũ eni dilectissimus iste iesus dolorib⁹ cordis anxius tot impioꝝ flagel lis & obprobriis laboriosisque uigiliis ꝑterite noctis fatigat⁹ existeret. Necnõ & discursib⁹ i piorũq3 ictibus & tractib⁹ ĩpulsus qb⁹ fuerat ad locũ supplicii crucis ꝯtumeliose deduct⁹. Nec nõ tãto fluxu hũoꝝ lachrymaꝝ & sanguis in supplicio crucis dolorose portato. Nõ eni mi rum si desicatus fuit tã corde quã oĩb⁹ mẽbris. Et qũo hoc o dñe iesu: tãtã sitim sustines. Nõ ne tu es q clamabas si qs sitit uẽiat ad me & bi bat. Tu alios sitiẽtes sacias & tuipẽ siti ardescis Nõne tu es ille o bone iesu q Samaritane dixi sti te hr̃e aquã uiuã quã q biberit nõ sitiet ieter num: sed fiet ei fons aque saliẽtis i uitã eternã. Ego aũt ueniã ad te dulcissime iesu: ut iebrier ab ubertate domus tue: & torrẽte uoluptatis tue potabis me. Ad te fugiã suauissime iesu q si tis meã salutẽ liberationẽ. Nã sitit aĩa mea ad deum fontem uiuũ. Sedebo ad pedes sctissime crucis tue & gemitib⁹ ac lachrymis potũ sumã Clamabo ad te deũ meum: saluatorẽ meũ ꝑte

ctorem meum:& dicam.Sitio:sitio benignissi me iesu. Sitiuit in te aīa mea q̄ multipl'r tibi & caro mea.O dulcissime crucifixe imitte extre mū digiti tui ī uno ex p̄ciosis uulnerib⁹tuis & in delicatissimo sanguīe ītinge mittasq; in os meum uerius ī cor meū:ut refrigeret aridā mē tē meā qa in tui dilectiōe aruit cor meū.O me felicem si ad modicū liceret suggere minimā tui p̄ciosi sanguis guttā quem pro me ad terrā cerno defluere.Qui eni bibit tuū sanguinē ī te manet:& tu ī illo. Sed attēde o aīa mea qd ait bn̄dictus iesus Sitio inqt.Sitim qppe ī corpe patiebat̄ nō modicū cum enī natural'r oēs mo rientes sitiāt nō est mi℞ si pius iesus tot angu stiis attritus sitim sustinebat ardentē eo maxi me qa sanguinis effusio sitim cāre solet.Vnde cum de illo tot corpe delicatissimo sanguinis effluxerit copia nō est mi℞ si fauces ille sctissi me p grādi cruciabant̄ siti.Sed plus spūal'r sitit benignissimus iesus q̄ corpal'r.Audi dulce uer bum & totum īextimabili charitate ꝓlatum si tio inqd nō doleo.Et qd sitis o dn̄e. Nō uinū de uite aut aquā de flumine sed sitis tua salus mea cibus tuus redemptio mea.Tu fidem me am sitis salutem meā gaudium meum plus te urget aīe q̄ tui corpis cruciatus . Sic sitias tu o aīa mea & desidera sicut desiderat ceruus ad

fontes aquarum. Illum desidera illum sitias qui sitiuit te. Nō te tedeat itempies aeris. Molestia carnis. et cordis pugna cum uitiis uarietas fortune & incertitudo temporis expectatio & timor mortis cur te retardat uita mortalis & nō te ꝓuocat uita uitalis btitudo fontalis societas & letitia spūalis. O benigne iesu īprime sitim uehementē tui amoris: mihi ut sitiat aīa mea te deum fontē uiuum. Magna est multitudo dulcedinis tue dñe. Satia me o bone iesu aqua tua uiua. Tu eni solus es q hāc sitim sedare poteris qm̄ apud te est fons uite. Pota me o dulcis iesu uino cōpūctionis. Fac me quæso uinū deuotiōis cū myrrha mortificatiōis: ac felle penitentialis cōpunctionis tibi digne offerre. Et da mihi acerbitatē calicis tui non horrere: sed gaudio amplecti: & bibere ad salutem ut pro amorē tuo anime mee sitiēti: amara dulcia: acerba sautia: insipida: sapida: uideantur.

Hora none

¶ Meditatio d̄ expiratiōe dn̄i iesu circa horā nonā: ⁊ de signis q̄ in morte ipsius visa sunt ⁊ quō crura latronibus fracta sunt ⁊ latus ipsius domini iesu lancea perforatum est.

POstq̄ agnus mansuetissimus dilectus ie-

sus dixit. Consummatum est dum hōra diei nona esset signa & inditia propinque eius mortis cepit ꝑtendere. Licet etenim cōtinuo faciē terreā & liuidā habuerit ex īnumeris afflictionibus quas sine requie passus erat. Ita ut si quis sanctissimam illam faciem fuisset intuitus hominis mortui iudicasset. Nunc tn̄ propinqor fiēs morti: nouā fecit in facie mutationē. Cepit namq; facies illa ꝓciosissima nouo & horribili pallore suffundi. Fauces ille sanctissime plus solito affligi. Et quasi cum cōtinue dum in cruce pependit oculos ex grauedine ad terram defixos tenuerit nunc tamen plus solito grauatos ostendens uix eos mouere poterat: sed intus fixos in capite retinebat. Tunc subito de celo affuit multitudo innumera angelorum de celo ueniens. Illa enim sanctorum spirituum agmina crucem sanctissimam sepiuerunt: ut egredienti gloriosissime anime sui domini interessent. Credendum namque ꝙ omnipotens pater unigenito eius filio in exequiis honorem debitum exhibere uoluit: & ut angelorum exercitus eius adesset morti quem omnis celorum ordo ueneratur: & adorat & cui flectit̃ omne genu celestiū: terrestriū: & infernoꝝ. Cū enim legat̃ q̄ sæpe: ad funera: & ad sepulturas quorumlibet sanctoꝝ uenisse ange-

los:& ad eorꝝ exequias obsequia pstitisse:& si ut pie credit morienti ipsius dñi iesu genitrici celorꝝ militia cum suis agminib⁹ obuiá uenit: & eá ingenti lumine circúfulsit: & si nascenti dulcissimo iesu affuit. Multitudo celestis exer citus credédum est merito ꝙ ipsi morieti affu it ois angelicus chorus. Nunqd putas o anima mea ꝙ angelica illa turba sine merore & com passione esse potuerit cum dñm suú in tantis positú angustiis cernerét. Si insensibilia corpo ra ut terra & lapides uelú tépli & similia mesti tiá de morte dñi demóstrabant si sol ei compa tiés lumé nó dabat qúo putabimus angelicos spús de morte sui dñi ind cibili cópassione nó fuisse pmotos. Igit istáte hora qua aia illa glo riosissima de corpe fuerat egressura piissimus Iesus ex angelorꝝ psentia cóforratus caput qd demissum ex debilitate tenebat sursum erigés & oculos attollens ad patré uoce magna & al tisona ad instar sani & robusti hois clamauit di cens. Pr in manus tuas cómendo spiritú meú Hiis dictis caput deorsum inclinans & oculos claudés emisit spiritú. Túc illa sctissima ange lorꝝ agmia illá gliosissimá animá assumentes sue unitá diuinitati ad ifernorꝝ pfúda cú hym nis & laudib⁹:& cátibus detulerunt:ut expectá tes inumerabiles pplos:q ligati i tenebris tene

bantur: a diaboli dñio liberaret, put clarius exprimemus iferius. Nūc audi autē q secuta fuerint. Post emissum dñi spiritū: statim eteni ipsa hora qua nr̃ dilectus iesus spm̃ tradidit. Velū qd erat i tēplo scissum est mediū a sūmo usq deorsum. Et terremotus factus est magnus. Petreq scisse sunt. Et monumenta apta sunt. Et multa corpa sctōꝝ q dormierāt surrexerūt. Qui exeūtes de monumētis post resurrectionē eius uenerunt i sanctā ciuitatē & apparuerūt multis. Tunc uidēs cēturio q ad crucifigendū uenerat pñs: cū staret ex aduerso ꝙ sic clamās ꝯtra morientiū oīum ꝯsuetudinē expirasset glificauit deū dicēs uere hic hō iustus erat. Bernardus sup cātica sermōe. xxviii. niger erat iesus: sed formosus. Niger reputatiōe Herodis. Formosus ꝯfessiōe latrōis & cēturiōis fide. qm̃ formosus aduerterat q exclamauit uere hic hō filius dei erat: sz i quo aduertēdū Si eni attēderet ꝙ appebat quō formosus: quō dei filius. qd nisi deforme & nigrū oculis ispectātiū occurrebat cū expāsis in cruce manib⁹ medius duoꝝ neq̃ risū maliꝑnātib⁹ daret fletum fidelib⁹. Et solus erat risui qui solus poterat esse terrori solus honori deberet. Vñ igit̃ aduertit pulchritudinē crucifixi & ꝙ his sit filius dei q cū iniqs reputatus est Rñdere ad id aliqd nr̃um nec fas est: nec opus

est:nec euãgeliste hoc diligẽtia ꝑteriuit. *Sic.n.*
hẽs uidens aũt centurio q ex aduerso stabat ꝙ
sic clamãs expirasset ait:uere hĩ hõ fili⁹ dei erat.
igiť ad uocẽ credidit ex uoce agnouit filium
dei & nõ ex facie. Erat ei fortassis ex ouib⁹ eius
de qb⁹ait oues mee uocẽ meã audiũt & cogno
sco meas & cognoscũt me mee. Audit⁹ iuenit
ꝙ nõ uisus oculũ. Spẽs fefellit. Auri ueritas se
infũdit ocul⁹ ꝓnunciabat ĩfirmũ oculus fedũ
oculus miseꝝ ocul⁹ morte turpissima ꝯdẽnatũ
auri dei filius auri formosus sed nõ iudeoꝝ q
erãt ĩcircõcisi aurib⁹ merito petrus abscidit au
riculã ſui, ut uiã faceret ueritati & ueritas libe-
raret eum. i. libeꝝ faceret erat ille cẽturio ĩcir
cõcisus sed nõ aure q ad unã expirãtis uocem
sub tot ĩfirmitatis ĩditiis dñꝫ maiestatis agno
uit iõqꝫ nõ despexit ꝙ uidit qa credidit ꝙ non
uidit nõ aũt credidit ex eo ꝙ uidit sed ex eo ꝓ
culdubio ꝙ audiuit qa fides ex auditu dignũ
quippe fuerat p supiores oculoꝝ fenestras ue
ritatẽ ĩtrare ad aĩam sed hic o aĩa mea seruať
in posteꝝ cũ uidebimus facie ad faciẽ siľr q cũ
eo erãt custodiẽtes iesum uiso terremotu & his
quæ fiebant timuerunt ualde dicentes uere fi-
lius dei erat iste. oĩs autẽ turba eoꝝ qui simul
ad spectaculum istud uenerãt & uidentes quæ
fiebãt ꝑcutientes pectora sua reuertebanť sta-

bantq; oés noti eius a lõge & mulieres quæ ſe cute erãt ieſum a galilea miniſtrãtes ei iter q̃s erat Maria magd. & Maria iacobi minoris & Ioſeph mr̃ & ſalome & mr̃ filioꝝ zebedei & alie multe quæ ſimul cum eo aſcenderãt hiero ſolimã. Expgiſcere nunc o aīa mea leua ocu los tuos ſuſpice ad dilectum ieſum ĩ ara crucis torridũ qd dices ƀ quid facies & tu o aīa mea uides qꝫ ꝯcutitur terra ſcindunt lapides oēs pe ctora tundunt pro morte dñi ieſu. nunquid & nos ſcilebimus quin deducãt oculi nr̃i q̃ſi tor rentem lachrymas ueni igit: ueni o aīa mea ad crucé dilecti ieſu ſaluatoris nr̃i ueni adoremus agnum ĩnocentiſſimũ ꝓcidamus ante crucem ploremus corã dño q liberauit nos ſua acerbiſ ſima morte eiulemus domino lachrymemus pio ieſu ſaluatori noſtro ſecundamus in ſter quilinio & cum lachrymis non ceſſemus do leamus clamemus & ſuſpiremus gemitibus ĩe narrabilibus quia cecidit corona capitis no ſtri iã ſuſpira & luge aīa mea dũ extinctum cõ ſpicis ieſum tuũ qui te tãto charitatis feruore dilexit exue te ueſtimentis iocũditatis indue re cinere & cilicio: quia occiſus eſt ſaluator tuus Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem: nec taceat pupilla oculi tui: plora: & eiula: quia uenit dies magna: &

amara ualde recessit pastor nr̃ fons aque uiue: in cui⁹ trāsitu sol obscurat⁹ est. Sed heu mihi o dn̄e iesu quia mortē tuā affectuosa cōpassione nō defleo. Vn̄ quidē mihi accidit qđ ꝓpheta ille aiebat. Ecce qm̄o morit̃ iustus & nemo ꝑci pit corde. Video sane mortē tuā: sed ex quāta erga me tua charitate ꝓcesserit nequaq̃ corde ꝑcipio. Sed tu bone iesu: auge meæ pauꝑtatē affectionis: & qđ ꝓpriis uirib⁹ acqrere nequeo tue gratie dono īfunde: ut toto cordis affectu ac mētis desiderio te diligens toto & ītime cō passiōis affectu tibi quoq; pro me crucifixo cō patiar. Iā uero ad facti seriē reuertamur. Sic igi tur mortuo bn̄dicto iesu cum adhuc illi duo latrones supuiuerēt: timētes iudei qm̄ parasce ue erat ne remanerēt in cruce corpa sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati rogauerūt Pilatum ut frāgerent̃ eoꝝ crura & tollerentur de crucib⁹. Venerūt ergo milites & utriusq; la- trōis crura fregerūt. Ad iesum aūt cū uenissent ut uiderūt eum iā mortuū nō fregerūt ei⁹ cru- ra: sed unus militū qui cecus fuerat lateri ipsi⁹ iesu lanceā apponens illo sacratissimo pectori uulnus īflixit: & ꝓciosissimū lat⁹ apuit. Moxq; de scissimo latere exiuit sanguis & aqua. Cūq; sanguis p lancee hastā decurrisset: & man⁹ ipsi⁹ militis madefecisset: apponēs digitū oculis i li

cõ uiſum recupauit:& q uidit teſtimoniũ phi-
buit:& ueꝶ eſt teſtimoniũ ei⁹.Sed nunc o aĩa
mea ſede ſolitaria ad crucem dilecti ieſu & cali
gent oculi tui a fletu meror & luctus occupent
faciẽ tuã.Suſpice ſurſum ad dilectũ ieſum tuũ
& quãta pro te ſuſtinuit meditare. Et clamans
& ſuſpirans gemitib⁹inenarrabilib⁹loquere ad
dulciſſimũ agnũ q iacet in ara crucis ſic torri-
dus ſic aduſtus ſic deformis & cum crebris ſin
gultib⁹dices.O piiſſime ieſu . O ĩnocẽs agne.
O amãtiſſime dñe:q̃to plus te ꝯſidero:q̃to pl⁹
te ĩtueor.Tãto plus reperio unde tibi cõpatiar
ac ꝓ tuis ĩnumeris tormẽtis afficiar. Video.n.
illud ſacratiſſimũ corpus tuũ totũ laceratũ to-
tum liuorib⁹& ulcerib⁹ſauciũ trãſcurrẽs ꝑ ſin-
gulas ipſi⁹corpis ꝑtes ĩ eo ꝑticulã nõ reꝑio : q̃
ſpãli:nõ ſit leſione ꝯtuſa.Nõ uideo mẽbrũ ali
qđ qđſpecifice : nõ ſit uulnere ſauctiũ ita ut a
plãta pedis uſqꝫ ad uerticẽ nõ ſit in eo ſanitas.
Stet nãqꝫ uenerandũ tuũ caput totũ puncturis
acerbis & foraminib⁹ uulneratũ : & ſuppoſita
ſpinaꝶ corõa.Manet pfoſſum aliſum cerebrũ
aſprimis ſpinaꝶ aculeis.Frons illa ſereniſſima
tota ſanguĩe cruẽtataCrines fulgẽtiſſimi cruo
re coagulati & ex capite uiolẽter euulſi.Oculi
lucidiſſimi uelati pugnis obtuſi ſputis & pulue
re deturpati &multiplici fletu ſæpius reliquati

Nares afflicte fetore horribili sputoꝝ aboiabi liũ iudeoꝝ. Bucha illa suauissima fellis & aceti atq; myrrhati uini acerbissimo poculo made facta. Bñ delicatissime & uelut sol micãtes pugnis pcusse: & alapis frequẽtibꝰ cese. Aures ille pciose ĩnumeris obprobriis plene. Barba tua speciosissima ĩpiorum obsenis manibꝰ tracta & decerpta. Collũ illud eburneũ acerbe cathene ligamĩe coartatũ & liuidũ factũ. Spatule p̃ciose uastissime crucis onerĩ fatigate. Terga uenerãdissima fustibꝰ uirgis cesa. Quid plus o bone iesu immanissimi tortores. Brachia illa formosissima liuẽtia fecerũt uirgis & flagellis innumeris. Manus sctissimas clauis pfodere durissimis. Lancea quoq; ꝯfossum extitit sacratissimũ pectus. Crura uenerabilia flagellis dirupta. Pedes scissimi clauoꝝ uulneribꝰ saucii. Et demũ totum corpus flagellis: & uirgis afflictũ ita ut nec pticula remãserit quæ ab acerbo dolore ĩmunis seruata fuerit. O pie iesu in nullo pepcerũt aĩe tue. Et q̃re dñe tãta ptulisti. Certe pro me. Et ego ingratissimꝰ tibi cõpati nescio nec tecũ dolore curo q tantũ pro me doluisti. Misere mei misere dulcissime iesu quia pœnas & tormẽta nõ sentio ut deberẽ. Sed uulnera cor meum pie dñe: & in singulis mẽbris dolorẽ sentiã. Infige oĩbꝰ membris meis uulnera

tua ꝓciossima:ut solus te teneat ĩtra se reclusũ & sic demum cæteros sensus meos in obsequium tuũ captiua:& ad faciẽda quecũq; tibi sũt placita oĩa mẽbra mea cõpone:ut ossa mea dicãt. Dñe qs si͡lis tibi. Et si nullus si͡lis tibi dñe te solũ uolo diligeȓ. Vñ uulnera cor meũ pie iesu tuo suaui amoȓ:ut nihil cupiã:nihil q̃rã nisi te solũ iesũ crucifixum.

¶ Meditatio qũo dñs iesus de cruce deposit⁹ extitit:⁊ de plãctu ipsius mestissime matris ⁊ cæteraꝝ mulieꝝ:necnõ ⁊ qũo in sepulchro etiã positus fuit: vbi ⁊ q̃le fuerit ipm sepulchrũ describitur.



gera vesp[illegible]
tine.

De depositio.

A Duesperascente iã die cum iã iesus dulcissimus mortuus in cruce penderet & latronib⁹ crura fracta fuissent recesserũt paulatim oẽs. Sola eius dulcissima mr̃e cum reliquis mulierib⁹ ibidem remanentibus cum gemitibus lachrymis & suspiriis copiosis sine cibo & potu & alia q̃uis corpis quiete. Interim quidã duo nobiles uiri iudei occulti ipsius iesu discipuli qui morti eius nõ ꝯsenserãt ꝯsilio iudeoꝝ: Ioseph ab arimathia ciuitate iudee: & Nicodemus qui uenerat ad iesum nocte. Accesserunt audacter ad Pilatum & petiernnt corpus iesu. Quibus cum Pilatus cognouisset a cẽturione ꝙ mortuus esset donauit corpus iesu Venerunt igit̃ ad montẽ caluarie ubi crucifixus erat iesus secum familiares adducentes & ministros schalasq; & maleos: ac cætera opportuna instr̃a sil̃r portãtes. Cumq; ibidem applicuissent gl̃iosissimã mr̃em eius repere cũ mulieribus ad crucem sedentẽ flebilẽ atq; mestã. Hii igit̃ nobiles uiri ad uirginẽ gl̃iosam accedentes & amicabilibus uerbis salutãtes & afflictã ꝯsolantes cãm eidem coꝝ aduentus exponunt flebili nihilominus cõpassione secum gementes. Heu aĩa mea qũo putas beatissimã matrẽ sibiipsi renouasse dolores: ut uidit discipulos secum lamentãtes & extinctum suum dñm

deplorātes. Veꝝ aliquale ei solamē: ac refrigeriū est ei ꝑstitū: ut audiuit de cruce deponendū filiū suū dilectū quē in alto leuatū tādiu ꝯtigere non ualuit. Sero assumētes hii generosi uiri cū suis ꝯuis duas schalas quas secū detulerāt & in altū erigētes ipsas scissime cruci applicāt. Et sursum ascēdētes ipsi uiri spectabiles: ut ipsi de cruce deponerēt: quē magna charitate diligebāt maleos & forcipes ferūt ꝯuis suis ipsos adiuuātibꝰ. Cūq; clauos illos sctissimos extrauissent ne corpus illud sacratissimū ad terrā decideret: unus ex eis quisq̄s ille fuerit īter brachia sua & sup eiꝰ humeꝝ assumpsit: quoadusq; tertiꝰ clauus euelleref e pedibꝰ. Quo extracto oēs ad terrā corpus uenerādissimū deduxerunt. O felix discipule seu tu ioseph: seu Nichodemus extiteris: q dignus es habitꝰ ut sacratissimū ꝯtīgeres corpus: & īter tua brachia sustineres. Vtinā semel mihi daref o dn̄e iesu īter meas ulnas te suscipe ut te possem strictis amplexibꝰ ꝯfouere. Tunc alacris dicerē. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi īter ubera mea cōmorabif. Assumpsit te sanctus ille Symeon in ulnas suas & dulcia figens oscula bn̄dixit tibi & quieuit in pace. Vtinā & ego semp te ferrā ut signaculū sup brachiū meū. Nullas etenim mihi poteris dare delitias maiores o benignissime iesu q̄ ut

te continue:in ulnis gestem. Nunc eleuans uagientem de p̄sepio. Nunc pgentem in egyptū sup humerum portās. Nunc portātem crucem ad supplicii locum iuuās. Et demum deponendum de cruce cum Ioseph: & Nicodemo iter brachia mea sumēs ut ad oia quæ dixero quæ fecero: quæ cogitauero: semp ante me hēam benignum iesum:& hunc crucifixū. Sed nunc progrediamur ulterius. Hii igit clarissimi uiri pedetentim leuiter in terra corpus sanctissimū deduxere magna cū reuerentia ip̄m ptractātes cogitauero o aīa mea:sed nō sine lachrymis & pia cōpunctiōe qd tunc agebat dulcissima mr̄ dilecti iesu. At q ut arbitror dum clauos de manibus & pedib⁹ excuterent stabat īferius uirgo gl̄iosa sursum oculos erectos tenēs cūcta quæ fiebāt cernēs & anxie suspirās. Dumq̧ corpus præciosum p schalas deducerent sursum manus extēdebat & brachia ut corpus dilecti filii suis ulnis excipet. Nec expectare poterat ut ipsum ad terrā deponerēt quominus & ipsa manib⁹ suis deponētib⁹ opem ferret. Tandē depositum uenerādum corpus sup nuda sindone q̄ ad terrā strata fuerat:collocauerūt. O qs narrare sufficiat fletus & gemit⁹ querelas & suspiria quæ tunc tpis agebant. Stabāt eni circa corp⁹ scissimū mater ei⁹ & mulieres relique oēs cum

mestissima mr̃e amarissime lugẽtes. Et præ cæteris flebat pia mater sup extincto filio. Et corpus totum manib⁹ suis ꝯtractans: uenerandã illã sæpius deosculabat̃ faciẽ. Tota quoq̃ plena suspiriis: & crebros edens singult⁹ nũc uulneribus pedum nunc manuum frigida oscula defigebat. Totum corpus irrigans lachrymis. Vix aũt ex dolore poterat uerba ꝓferre. Vt uero poterat. Hæc uel similia ꝓferebat uerba. Quid fecisti carissime fili ut tã turpi ac acerba sis morte dãnatus. Quid faciet mestissima & tristissima mater tua. Heu fili dulcissime oẽ gaudium qđ de te habui: in quãta amaritudine est ꝯuersum. Hæc & plurima uerba similia quæ deuote meditari poteris depromens ꝯsolari nõ poterat. Iam uero quid putamus egisse tunc temporis dilectam discipulam Mariam Magdalenam. Credendum sane ꝙ post gloriosam eius matrem indicibili erat sauciata dolore. O quã uberrimas ut arbitror fundebat lachrymas: Et lugens amarissime tremula uoce cum defuncto magistro ueluti si uiueret loquebatur. Manus quoq̃ ac pedes deosculans: & lachrymis rigans: uoce lugubri dicebat Heu dulcis magister. Heu amantissime domine. Heu unice mi consolator. Heu quomodo desolatam dilectam linquis discipulam. Ad quem recur

recurrā deinceps pie magr̄. Ad quē meū erit refugiū. Heu quales nunc aspicio manus pedes & caput quos unguēto punxi. Heu mihi qa loco odoriferi unguēti undiqꝫ exuberat sanguis Infelix ego quæ tali & tāto sū orbata magr̄o. Vñ mihi dabit pie dn̄e q me sic diligat sicut tu Tu ille q ad me sæpiꝰ ueniebas i meo hospitio reclinabas:& tāto me dignā hospite fecisti. O dulcissime iesu:tu me a pharisæo defendebas:a sorore mea me dulciter excusabas. Cōgratulabaris ꝙ ad pedes tuos sederē:& tuo depascerer aspectu. Laudabas me cum te ungebā unguento:lachrymis rigabā capillis tergebā:dolorem meū mulcebas:peccata dimittebas. Querebas me cū nō aderā & uocari me p sororē ꝑcipiebas. O q̄ta mihi suauissime dn̄e dilectionis signa mōstrasti. Cum me ꝯtristatā de morte fr̄is uidisti:tu quoqꝫ mecū ꝯtristatꝰes:& cum flente isimul lachrymatꝰes. Fratrē meū pro mea ꝯsolatiōe suscitasti. Et qs unq̄ tāta tribuit aut tribuere poterit. Hæc & sīlia magnis efferēs suspiriis quē uiuentē fletibꝰ rigauerat lachrymis quoqꝫ aspgere mortuū nō cessabat. Stabat & dilectus discipulus:& extinctum suū dn̄m amarissime deplorabat. Flebāt & relique mlīeres quæ ibi aderāt hoꝝ plangentiū cōpassione pmote. Lugebant & angeli qui & ibi ꝯtinuo aderant.

Sup oēs mestissima mater fletibus satiari non poterat. O q̄ sæpius ꝯtra iudeos pfidos exclamabat ipiissimā eoꝝ ingratitudinē arguens. O popule ingrate. O plebs scelerata cum meū filium tā horribili pemisti morte. Quid tibi fecit o popule ingratissime hic filius meus: aut ī quo ꝯtristauit respōde mihi. Quia eduxit te de terra egypti: ideo parasti crucē saluatori tuo. Quia eduxit te p desertum quadraginta annis & māna cibauit te parasti crucē saluatori tuo: & dulcissimo filio meo. Ipse ꝓpter te flagellauit egyptum cum primogenitis suis: & tu eum flagellatum tradidisti. Ipse te eduxit de egypto demerso pharaone in mari rubro: & tu eū tradidisti principib⁹ sacerdotum. Ipse ante te aperuit mare: & tu aperuisti lancea latus eius. Ipse ante te p̄iuit in colūna nubis: & tu eum deduxisti ad p̄torium Pilati. Ipse te pauit māna p desertum: & tu cedisti eum alapis & flagellis. Ipse te potauit aqua saliente de petra: & tu eū potasti felle & aceto. Propter te chananeoꝝ reges pcussit: & tu arundine pcussisti caput eius. Ipse dedit tibi sceptrū regale: & tu capiti suo spineā coronā. Ipse te exaltauit magna uirtute: & tu eum suspēdisti in patibulo crucis. O quā magna multitudo amaritudīs tue dñe quā p̄parasti nō diligētibus te. Longū foret si cūcta uer

ba quæ amarissima ferebat mater uellemus de scribere. Sed itensissimus dolor dolētia uerba formare cogebat. Tu igit̃ o aīa mea itra temet ipsam reducta cogita pio affectu & tenera cōpassione dolores uirginis gl̃iose & crebros gemitus sup extincto filio. Nunc autē redeamus ad inocentissimū agnū iacentē in terra & qūo sepulture traditus fuerit ꝓsequamur. Et quidē lōgo iā spacio magnus ploratus & ululatus super benignissimo iesu factus erat. Iāq; sol ad occasum ꝓpere tendebat. Tūc nobiles illi discipuli mestissimā matrem āmouentes a filio corpus sumpsere sctissimum atq; in quodā candidissimo litheo ut mos est iudeis cum myrrha & aloe multisq; aromatibꝰ odoriferis inuoluerunt ligātes illud cū magna reuerentia. Moxq; ipsi ꝯspicui uiri cum aliis q̄ secum aderant corpus leuātes cum grādi reuerentia ad sepulchꝝ quoddā in orto ibi existēs & distās a loco crucis passibꝰ qnquaginta honorifice detulerunt: mr̃e gl̃iosissima cū caro discipulo & reliqs mulieribꝰ comitātib eos. Quale erat sepulchꝝ dn̄i. Erat autem sepulchꝝ illud nouū ipsius Ioseph in quo nōdum quisq̄ positus fuerat ad modū quo nobiles iudei sua fabricabant sepulchra. Erat enim ut fert̃ domus seu spelunca rotōda de subiacente rupe excisa. Nā lapis erat seu ru

hora 2.ª completorij

pis grādis in orto i cuius latere erat monumē tum excissum seu spelūca octo pedes lōgitudinis hñs & totidē latitudinis tanteq; erat altitudis ut hō itro ꝯsistēs: atq; i eius pauimēto stās rectus uix posset extēsa manu culmen attigere Introitū patulū hñs ab oriēte Cui lapis ille magnus aduolutus apposit⁹ pro ostio fuerat. In ipsius aūt monumēti ꝑte aqlonari: sepulchrum dñi. Hic est locus ubi corpus dñicum collocatū extitit de eadē petra excisus est septē pedes & mediū habens lōgitudinis & a cetero pauimento altius eminēs tres palmos & medium habens altitudinis eandem habens latitudinē q̄ & altitudinen. Est autem ipse locus non desuper sed a latere meridiano: p totum patulus: unde inferrebaẜ corpus: ut esset quasi sarcofagus suppositus monumēto iclinatus sup latus aptā a latere hēns' & nō superius. Color autem ipsius monumēti & loculi: rubicundo & albo colore dicitur esse permixtus. Sic igitur ut clarius exprimatur erat sepulchrum domini: ad modum domuncule factum intra quod erat locus ubi corpus repositum extitit. Sic namque iudeorum sepulchra: maximeq; nobiliū fieri solebāt antiquitus: ut eoꝶ filii ibidē possent sepeliri. Propter hoc dr̄ frequēter de regibus iuda sepultus est in sepulchro Dauid

&c. Est autem ibi in eodem loco obreuerentiā dñici sepulchro artificioso ope forma rotōda uno tñ foramie supiori apto dñice resurrectio nis ecclia ꝯstructa: ꝯtinens mōtem caluarie: & locum sepulchri & multa loca sacra in qua sepulchrū dñi est in quadā cella rotōda pulcris cōstructa lapidibus quæ olim canonicos regulares hēbat: cui loco abbatis ꝑerat patriarcha: igr̄ hi isignes uiri āmoto lapide ab ostio monumenti corpus sacratissimū itroduxerunt in loculo reponentes mr̄e gl̄iosissima pñte & a fletibus nō cessante Maria magdalena & cæteris mulieribus ꝯsiderātibus sepulchrū & qūo poneret̄ diligenter cernentib⁹. Quibus rite ꝑactis cum traherēt fera crepuscula: noctem mr̄ mestissima cum ipsis mulierib⁹ Hierusalē est reuersa generosis discipulis eā comitātib⁹ & singulis ad ꝓpria redeuntib⁹. Moxq; ipsa die Maria magdalena & alie marie: unguēta & aromata parauerūt: ut cum trāsisset sabbatū uenirent & ungerent corpus iesu. Nunc seriatim audisti o aīa mea ordinē sepulture dilecti iesu: & uenerādas eius exeqas celebratas. Flentes audisti discipulos: & mulieres. Et matrē gl̄iosissimā. Nū quid & tu: tā crudelis: & dura eris ceruice ut & tu pias & lugubres exeqas nō celebres cū sctis his mulierib⁹ dilecto iesu. Ad te ꝯfugio clemē

tissime dñe ut des mihi fontem lachrymaꝝ. Nõ eni hẽo qd dicã: nisi ut in memetipm iuc hã:& eiulãs ac clamãs dicã. Heu mihi. heu mihi Heu miseꝝ me &oĩ ifelicitate miseꝝ: qa aruit cor meũ intra me in meditatione mea refriguit ignis. Heu infelix ego. Nã oẽs dñm meũ lugent & ego ad lachrymas nõ moueor. Oẽs tristanť:& plãgunt: & suspirãt pro morte dñi sui:& ego cor hñs lapideũ dolere nescio. Veh mihi. Quare & ego redẽptorem meum nõ plãgo mortuum: saluatorẽ meum extinctũ:& unicum mihi bñfactorem pro me turpiter sic occisum. Heu mihi. Et iteꝝ: heu. Vñ me excusem nõ hẽo. Parentes etenim spirãtes uidi & multis eos deploraui fletibus. Fratres quoqꝫ meos & beniuoles quos scđm carnem diligebã dolens:& mestus: fleui. Et nunc in mei redemptoris morte pauculas fũdere lachrymas nequeo. Hic mihi plusq̃ pr̃: aut mr̃ fuerat. Illi nãqꝫ mihi corpus hoc putridum ex uilissima materia tradidere. Iste mihi ĩtellectum atqꝫ aĩam ꝓbuit duraturos ꝑpetuo. Ab illis habui carnẽ hãc lutosam: totã sordibus plenam: & uitia pronã. Ab isto uero memoriã uoluntatem ĩtellectum rõnẽqꝫ suscepi: Illi sp cãm occasionẽqꝫ dedere: ut ad inferna demergerer ibi ꝑpetuis cruciandus tormentis. Iste mihi regnum celeste parauit

Cur igitur non sic lugeo hunc dn̄m meum redemptorē meum: saluatorē meū: solatiū meū gaudiū: meum refrigeriū meum. Sed o clemētissime iesu pr̄ misericordiarꝝ & deus totius ꝯsolationis illos lugebā quia diligebā. Quia igitᷣ te nō diligo dolere ī tua morte nō ualeo. Si te diligerē bone iesu itenso cruciarer dolore. Nō hēo quid dicā dulcissime dn̄e nisi hoc solum qđ ꝯcupiscit aīa mea diligere te fontē uiuum. Tu igitᷣ me inebria torrēte uoluptatis amoris tui & cor meum uulnera ut totum ī se deficiat tui amore. Amplius noli tardare quia desiderio amoris lāgueo. Respice de celo ueni dulcissime dn̄e & uide & uisita animā meā. Ciba me pane lachrymarꝝ & potum ī lachrymis da mihi in mensura. Tunc uociferās clamabo & dicā. Quid fecisti benignissime dn̄e. Quare pro me uilissimo tu altissimus ascendisti in crucē: & pro me sic turpiter occisus es. Veni igitur o aīa mea ex quo uisitauit te oriens ex alto: ueni ad funerales exequias dn̄i mei iesu. Nō cesses a gemitibꝰ lachrymis aspgere sepulchrꝝ & crebra emittens suspiria eiulās de singultibus duris dicas. Heu: heu domīe. Heu: heu redēptor meus. Heu: heu saluator meus: quali te morte turpissima ꝯdemnatum cerno. Venite oēs qui amore dilecti iesu ardetis & mecum flete nam

pupilli facti sumus absq; pr̄e mr̄es nr̄e uidue. Heu:heu benigne domine. Crescat ꝯtinue fletus nr̄ nã cecidit corona capitis ur̄i:ueh nobis quia peccauimus. Spiritus oris nostri xp̄us dominus captus est ĩ peccatis nostris. Defecit in dolore uita nr̄a & anni nr̄i in gemitibus. Quis dabit capiti nostro aquã & oculis nostris fontem lachrymarũ & plorabimus die ac nocte benignissimum dominum. Faciamus nobis plãctum amarum sup̄ dulcissimum iesum. Exuamus nos uestimentis letitie. Induamur cinere & cilicio. Sedeamus in terra & ploremus: nec taceat pupilla oculorũ nostrorũ. Clamemus uoce & lachrymis: Heu:heu benigne domine. Venite o fideles populi ad sanctas iesu exequias. Fluant ex oculis lachrymarum fontes super extincto corpore iesu. Erumpant e corde suspiria pro tanto impietatis scelere. Totius bonitatis dominus:heu hodie crucifixus est. Demisso itaq; terre capite inconsolabiliter eiulemus & merore cordis sauctii a fletibus non cessemus. Tui igitur iesu piissime planctum seruuli cõspice. Pupilli tui suspiria non aspernas o saluator. En breuissimo tumulo recõditus es dñe O dulcedo suauissima ad nos cito reuertere. Expectamus te anxie uidere regem glorie uestitum stola candida principem celi curie.

Meditatio quomodo iudei: custodes ad sepulchrum dñi posuerunt & quomodo dum corpus ipsius in sepulchro quieuit anima sua descendit ad inferos vbi innumerabiles populos liberauit.

OCcisus est benignissimus iesus & sepulture traditus nec adhuc sedat̃ pfida rabis iudeorũ. Nã die quæ est post parasceuẽ: hoc est die sabbati quenerunt pricipes sacerdotum & pharisei ad Pilatum dicẽtes. Dñe recordati sumus: qa seductor ille dixit adhuc uiuens post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri usqꝫ in diem tertiũ ne forte ueniãt discipuli eius & furent̃ eum & dicant plebi surrexit a mortuis & erit nouissimus error peior priore Quibus Pilatus rñdit hẽtis custodiã. Ite & custodite sicut scitis. Illi autẽ abierunt & custodes ad monumẽtũ posuerunt signãtes lapidẽ sigillis suis. Nunc ecce audisti o aĩa mea qũo sepultus est bñdictus iesus. Nõ igit̃ taceas meditari deuote quidnã fecerit: & quo ierit aĩa ipsius iesu eo tpis spacio quo sacratissimũ corp' iacuit in sepulchro. Et qdem magna & grãdia opata est: aĩa ipsius iesu: dum corpus in sepulchro: qeuit. Ad iferna nãqꝫ descendit tenebrarum & mortis principem colligauit: legiones

ipsius pturbauit. Portaꝝ iferni uectes ferreos fregit. Oēs iustos q originali pctō astricti tenebant absoluit. Captiuos in libertatem pristinā reuocauit. Pctōꝝ tenebris excecatos splēdida luce pfudit. Audi ergo qd fecerit nr̄e ultionis deffensor. Mox eni ut spm̄ redidit unita sue diuinitati: aīa ad ifernoꝝ ꝓfunda descēdit. Cūqꝫ tenebraꝝ terminum q̄si qdā depdator splendidus & terribilis attigisset: aspicientes eum ipse tartari legiōes territe ac trementes inqrere potuerunt dicētes: uñ est iste tā fortis: tā splendidus: tā ꝑclarus: tā terribilis. Mundus ille q nobis subditus fuit: sempqꝫ nr̄is usibus mortis tributa soluit. Nunq̄ nobis talē mortuum misit. Nunq̄ talia iferis munera destinauit. Quis igr̄ iste est q sic itrepidus nr̄os fines igredit. Quia nō solū nr̄a supplicia nō ueret isup & alios de uinculis nr̄is absoluit. An forte ipse est ille de quo priceps nr̄ pauloante dicebat. Quod p eiꝰ morte totius mūdi accipet ptātem. Sed si iste est in ꝯtrariū est nr̄i ꝑliatoris uersa sn̄ia. Et dū sibi uincere uisus est: ipse potius uictus atqꝫ prostratus est. O priceps nr̄ hic eni est ille de cuius tibi semp futura morte plaudebas. Ipse est in cuius cruce oēm mundū tibi subiugādum esse credebas. Ipse est in cuius exitu tāta nobis spolia ꝓmittebas: qd est: qdꝰ egisti. Quid est: quod


facere uoluisti. Ecce iã totas tenebras suo ipse splendore fugauit: & oẽs carceres fregit captiuos eiecit ligatos soluit luctus eoꝝ in gaudiũ cõmutauit. Ecce ipsi q sub nr̃is solebãt suspirare tormẽtis insultãt nobis de pceptiõe salutis. Et nõ solum iã nihil uerenť insup cõminãtur. Nunqd hic ita supbi erãt mortui: nec aliqñ sic potuerunt leti esse captiui. Vt qd huc istum ad ducere uoluisti quo uenicte oẽs sunt letitie restituti q ante fuerãt despati. Nullus hic sonit⁹ nullus eoꝝ iã mugitus audiť. Nullus eoꝝ resonat gemitus: o priceps nr̃ illas tuas diuitias q̃s primo acqsieras p paradisi amissionẽ núc pdidisti p crucẽ. Periit oĩs lætitia tua: in luctũ conuersa sunt oĩa gaudia tua. Dum tu xp̃m suspẽdisti in ligno: ignoras q̃ta dãna in iferno sustineas. puidere uero poteras qa euersorẽ regni tui in mortẽ sine reatu aliquo pducebas. Attẽdens cãm acqrens culpã in quo nihil mali cognoueras. quare ad nr̃am eũ patriã pducebas. Istum libeꝝ adduxisti & totos obnoxios pdidisti. Post istas crudeliũ infernaliũ uoces sine aliq̃ mora: ad imperiũ dñi ac saluatoris oẽs ferrei ꝯfracti sunt uectes. Et ecce subito inumerabiles sctõꝝ ppl̃i q tenebanť in mortẽ captiui suis genib⁹ obuoluti lachrymabili eum obsecratiõe deposcũt dicẽtes. Aduenisti redẽptor nr̃:

bus sepulchri

aduenisti quē desiderātes quotidie spabamus Aduenisti quē lex uētu℞ nobis nūciauerat & pphete. Aduenisti donās in carne uiuis indulgētiā peccatorib⁹ mūdi soluere captiuos defūctos īferni. Descēdisti pro nobis ad īferos: noli nobis deesse cum fueris reuersus ad supos. posuisti glie titulū in seculū. pone signū uictorie in inferno. Nec mora postq̄ audita est postulatio atq; altercatio īnumerabiliū captiuo℞ stati dñi iussu oēs antiq iusti iura potestatis acceperūt atq; in suos tortores ipsi ptinus tormenta ↄuertunt. Humili supplicatiōe cum ineffabili gaudio clamātes dño ac dicētes. Ascende dñe iesu expoliato īferno: & auctore mortis suis uinculis irretito. Redde iā letitiā mūdo. Iocūdentur in ascēsum tuū fideles tui aspiciētes cicatrices corpis tui. Hoc fecit iesus sicut est superius īudicatum. Et facta preda in inferno aia illa sāctissima ad corpus rediit in sepulchro.

Deo gratias Amen.

¶ Pisauri per Petrum Capha In domo Hieronymi Soncini. Anno dñi. M.D.X.



marca
carta I.
24.ª = c 8.
32.ª = d 8.

